Diſceptatio ad-

uerſus Lutheranos de valore operum bonorum: qua dilucide oſtenditur quid per virtutis opus Chriſtianus quiſq; apud deũ promoueat, edita à ſacræ Theologiæ profeſſore F. Alfonſo de Herrera, ordinis prædicatorũ Cæſaris concionatore.

Curẽt bonis operibus præeſſe qui credũt deo



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS
Apud Simonem Colinæum.
1540

le
ne
fr
ce
G
in

Clariſſima Cęſarum progenie
ortę D. Catherinę, dei gratia
Luſitanię & Algarabiorũ &c. re
ginæ frater Alphonſus de Herre
ra, ordinis p̄dicatorũ, ſacrę the=
ologię ꝓfeſſor, eius ĩ ſtudijs alũ
nus, Cęſaríq; à cõtionibus, pro=
ſpera omnia, ac regij ſtatus in=
columem celſitudinem.

QVi apud Matthęum
clamat, omnis plã=
tatio quam non plã
tauerit pater meus
cęleſtis, eradicabit:
idem deus Chriſtus
Ieſus, & apud Ioannẽ tollẽdũ cõmo=
net omnẽ palmitẽ non ferẽtem in eo
fructũ. Quũ igitur (clariſſima prin=
ceps eadémq; regina) in illa florida
Germania nuper dormirẽt homines,
inimicus inſurrexit homo, qui puris

Chriſti ſeminibus, auſus eſt itermi= ſcere zizania:& quibus Chriſti grex paſcebať, exitiali infecit herbas ve= neno: quo ſecretá plurimis induxit morté. Cui malo, ipſis initijs, viri celebres cõpoſitis libris reſiſtere, atq; obuiare nõ impotẽter cœperũt: háſq; adulterinas plãtationes, ne altas mit terẽt radices, ſecare, ac ſolotenus cõ= primere niſi ſunt. Siquidẽ eas radici= tus euellere, nõ hominis munus eſt, diuino id cohibente oraculo: Sinite (inquit) vtraq; crèſcere quoad meſſis tẽpus veniat, quando ĩ faſciculos col lecta zizania, igni voraci côburẽda tradẽtur. Quare cõſulto fecit ĩuictiſ ſimus Cęſar (frater tuus ſẽper augu ſtus) dũ Germaniam peteret, nõ eos (vt certe tũc poterat) diſcĩdendo, ne forte ſimul eradicaret & triticũ. Cũ autẽ nec ſic preſſę ĩfecti paſtus herbę marceſcãt, quĩ viruléto ipſa radice ĩ=

cluſo humore,pullulét ſemp adhuc & vireſcant, officij mei eſſe putaui vt, quam tuo regio munere ad annos plures in ſtudijs Parrhiſinis adaptaui falcem, eiſdem amputádis, cóſecádis, & ſcindédis, iamiam poſt alios ĩmitterem, quádo eádem incutere ĩcudem, ꝓuerbio celebratũ eſt, vt vel ſic tuę regię celſitudini ĩnoteſceret, acceptum ꝑ me oleũ,nõ vndiquaq; perijſſe,etſi longe minus expectationi reſpódeat opus ipſum. Quod non ideo tuæ maieſtatis oculis pręſentare auſus ſum, quòd regię dignitati aptũ exiſtimem munus, quod proculdubio cœlo impar eſſe non dubitem. Sed quòd minuto hoc ære,(quo meipſum in feliciũ numerũ, vel hoc nomine cõieci) impéſi in me tãti beneficij nõ obliuioſus viderer acceptor. Quare quáto id minus, táto ampliore tuę auguſtę beneuolétiæ eget fa-

uore quem etſi ſtudioſis ac pijs rebus cũctis, (fidei pręſertim & religionis) hylari ſemper animo præſtitiſti: vt huic tamen tuę celſitudini opuſculo dicato ampliore etiã tuę ꝓtectionis munimine egenti, propẽſius aſpiret, cõſentaneum eſt, vtpote & eiuſdem fidei defẽſiuo, & tuę ampliſſimę munificentiæ emolumentis parto, & cõquiſito.

Valeat tua Regia ac Cęſarea celſitudo.

A L P HONSVS AB HERRERA, ordinis prędicatorum pio lectori Salutem.

Semper mihi animo fuit (optime lector) eam temporis commoditatem , quam primo è ſcholis Parrhiſinis egreſſus, nactus fuiſſem, impugnãdis Lutheranorũ erroribus accommodare. ſiquidem ea labes eſt quæ ſeſe maximè per orbẽ his iam ſeculis diffudit. Neq; aliunde mihi pertimeſcendũ exiſtimabam , niſi ꝙ non ſatis de eorundem hęreſeos dogmate , mihi ipſi conſtabam, multis multa (eadémq; paſſim ſibijpſis diſſonantia)de ea narrantibus . Neque eo tempore vacabat (diſputatorijs actibus perpetuo conſiſtenti) eorum opera voluere, quos ĩ Lutheranos optime ſcripſiſſe didiceram. at vbi pluſculum otij contigit , ea perſcrutari ac legere cœpi exorſus ab illo ſui nominis digniſſimo, Ioan . Roſen . multa præclare in eos diſſerente. Vidi & Ioã. Fab. EcKi um illũ, nonnullóſq; alios cum eis conſerẽtes: quibus ſanè ſi κατὰ τὴν δύναμιν digne ſubſcriberẽ, ſatis ſuperq; mihi gloriæ (quã certe nõ hic expeto) obtigiſſe viderer. Verũ cũ ex characteribus ipſis viuam nõ poſſem mihi

rei imaginem (quam nunq̄ non mortuã litera ipſa refert) depingere, aſpirabam ipſe, ad confabulationem cũ eis ineundam qui huiuſce fabulæ Lutheranæ autores vel authorũ corycæi habebãtur, vt à viua voce certior fierem, & diſcrepantiæ eorũ à fide prima & modi agendi ſub hæreſi ſubſcepta. DEO igitur opt. max. fauẽte datũ eſt vt in Germaniã ipſe venirem, votíſq; acceſſit vt in comitatu & obſequio Cæſaris diebus multis ibidem permanerem. Quo in tempore, ex aſſidua cũ eis conſuetudine, quotidianís q; confabulationibus, eorũ mentem percallere potui: cultũ etiam ſacrorum, & noui dogmatis ritũ cœpi non ſegniter indagare, inquirendo tum argumentis, tum etiam crebris verborũ interrogationibus, ab his qui peritiores inter eos ęſtimãtur (& nobis nõ vndiquaq; indocti viſi ſunt) quid hoc noui dogmatis, quídve nouæ religionis hoc eſſet? Vnde hæc tam ſubita metamorphoſis? Poſt longam igitur diuturnámq; rei examinationẽ, multis etiam cum eis habitis congreſſibus, rem cunctam duobus deuolui cardinibus intellexi.

¶DVO CAPITALES ERRORES LVTHERANORVM.

PRimo, quòd omnium operũ bonorũ meritũ vel efficaciam excludunt, ab his vocib⁹, meritũ, ſatiſfactio, præmiũ, vel merces, abhorrẽtes vtpote quę fuerĩt iniquę pręſumptionis, & prauę deceptionis priſcis mortalibus cauſa. Solám que fidem ad ſalutem neceſſariam aſtruunt.

ALtero, quòd totum hierarchicũ eccleſię ordinem damnant, & negãt: matrimonio dũtaxat poſt ſacrum baptiſma contenti, quod tamẽ matrimonium pro ſacramento non admittunt.

Hęc duo principalia hidræ Lutheranę capita ſunt, è quibus quot ſubinde pullularint capitula ex ſubiectis dignoſces. Nõ enĩ his duobus dũtaxat ſunt obuoluti erroribus, cum multis alijs, & penè infinitis implexi laborent. (Quin eò ventum eſt, vt tot ſint iam inter eos errores, quot homines) ſed ꝙ à duobus his fontib⁹ omnes alij errorũ riuuli emanarint, vt vel ſic multorũ capitum beluam cũ poëta dignoſcas.

E neganda enĩ eccleſię hierarchia venit vt negent ſedis apſicæ primatũ, Sacrorũ conciliorũ authoritatem, ordinem ſacerdotalem, modũ & numerũ ſacramentorũ, vota omnia monachorũ, cælibatum virginũ & clericorũ, excommunicationis arma contemnant, indulgentias omnes derideant, templorũ immunitates paruipendant, atꝗ id genus alia quę ex his deduci poſſunt. A quibus quidem conſulto ſuperſedeo, ne ligna (vt aiunt) in ſyluam ferre videar, quandoquidẽ ſufficientiſſime á præfatis do Errores emanãtes a.2.capite.

ctoribus qui de his abunde tractarunt exploſi ſunt & exſtirpati omnes illi errores, fuerı́ntq́ iamolim ꝑ ſacra concilia, & ſanctorũ patrũ decreta huius Augiæ ſtabula repurgata, vt eſt videre in libris conciliorũ, & ſecunda. dæ. & capitulo omnes. & Sacroſancta, & in capitulo cuncta per mũdũ, & in capitulo, ad abolendam. de hære. & c. Neq́ ipſe ſemꝑ hanc eccleſię poteſtatem deteſtatus eſt Lutherus, niſi tunc tãtum, quando eam ambitionis ſuę correctricem experiri cœpit. Ab eo ſiquidem tempore hanc exorſus eſt deteſtari monarchiam, quam ãtea quibus poterat vocibus cõmendabat. In ſermone enı̃

Luther. ſer. de excom.

de excõmunicatione ſic aiebat, Poteſtas eccleſię poteſtas eſt Chriſti, ſed ꝓ noſtris peccatis plerũq́ traditur Pilatis, Herodibus, Annis, Cayphis, violẽtiſſimíſq́ alijs tyrãnis. noſtrũ tamẽ eſt eam ſemper ſũmis ſtudijs reuereri & colere, exemplo Chriſti: qui ſic Caypham, Pilatũ, honorauit. ideo neq́ indigniſſimę eiuſdem abuſiones debent nos ꝓmouere, quı̃ quicquid ipſi fecerint, hylariter feramus, aut ſaltem cum reuerentia declinemus. At poſt pauca ad ſuũ redit Lutherũ, qui hic agebat antilutherũ. Quamobrem ad partem priorem, quã impugnandam ſuſcepi (de negando ſcilicet operũ bonorũ merito vel efficacia) calamũ conuerto. hic enı̃ lapis eſt à nobis nunc minime ſubmouẽdus. quod licet prima fronte leue malũ videatur, dum penitius tamen rem ipſam quis cõtemplatus fuerit, Lẽniũ (quod aiunt) malũ intelliget ibi latere: ex ea ſiquidem radice putri, quãplurimi ſcaturiunt exorbitantes errores.

ERRORES SCATVRIENTES AB ISTO FONTE.

ENegãdo enĩ operib⁹ bonis merito vel efficacia prouenit vt omnes eccleſiæ cæremonias contemptui dent, canonũ ſtatuta vilipendant, omniũ cœnobiorũ ordinationes floccifaciant, ieiunia quoq; & feſtorũ ſolennitates ab eccleſia inſtituta, traditiones dicunt eſſe humanas, orationes ſeu preces quas publice ĩ templis oramus, hypocriſis phariſaicæ, dicunt exprimere imaginem: atq; ad hanc deuenerunt demẽtiam, ut ſeptem (quas dicimus) horas ſeu orationes canonicas, aſſerunt potius blaſphemias eſſe dicendas q̃ obſecrationes, monachatũ impietatem quandam eſſe prędicant. Vanũ etiam iudicant orare pro mortuis, ſenſibilia quoq; eccleſiæ ſacramenta nil penitus conferre ad gratiam obtinendam vel augendam, confeſſionem ad aurem ſecretam, ſacerdotũ fuiſſe inuentũ, ſacramẽtorũ per ſacerdotes adminiſtrationem, lucri cupiditate fuiſſe excogitatam, & huius farinæ reliqua quæ ex his facile deduci poterũt: quã m autem ſint circa miſſę ſacrificiũ varij, ridiculũ eſſet depingere. Quę quidem omnia è veſtigio ſequi perlongũ eſſet, ſed cum ab illo (vt diximus) fonticulo omnis hæc colluuies paulatim creſcendo emanarit, ſatis pro munere noſtro fecerimus ſi hunc obtrudendũ cunctis ſeculo Chriſtianis patente luce oſtenderimus. Quod vt felicius cedat, totũ diuino numini committimus, cui ſoli curę eſt ſui conditi orbis ab æuo, qui & per varios vitæ labentis caſus mortaliũ ſemitas ad diem vnũ perducit, Sacroſãctæq; matris noſtræ eccleſiæ correctioni & diſpoſitioni ſubmittim⁹. Ante tamen tractatus ingreſſũ operępretiũ erit gẽtis iſtius de qua loquimur, cuiq; reformãdæ noſtrũ

Inuocatio.

hoc deſudat opus(& vtinã non inani labore)qualitatem,ordinem, & agendi modũ antiquum & nouum lectori exponere, vt alieno periculo doctus, tortuoſi ſerpentis venenoſa ſibilamenta fugere diſcat & euadere.

GERMANAE GENTIS DESCRIPTIO.

Commẽdat Germanos. à religione & pietate

PORrò gens iſta(vt noueris) ante huius peſtiferi dogmatis ebibitionẽ, vnice Chriſtiana erat in orbe, ſuper omnes nationes diuinis vacare ſolita, ſimplicitatis ſanctæ mirũ in modũ inſectatrix, (ſacris admodum intenta)humilis ad correctiones, facilis ad maiorum monitiones obeundas, auida quoq; ad verba diuina audienda, (conſiones nãq; iſti frequentiſſimas habebant) templa etiam atq; altaria reuerenter perluſtrabant,orationũ precibus omnibus magis inſiſtebant, cõſuetas etiã mẽte deuota offerebãt oblationes,chriſtos dnĩ ſũma obſeruãtia ſuſpiciebant .Quanta autem veneratione ſanctorũ reliquias colerent, norũt per orbẽ quiqui fideles, illi potiſſimũ qui viam incolũt Iacobeã ſiue Compoſtellanam, diuorũ etiam imagines ſeorſum contemplantes humiliter ſalutabant, ſanctitatis eorum ac puritatis exempla demirãtes, ieiunia ab eccleſia indicta(deus bone) q̃ arctiſſima obſeruabãt cuſtodia, defunctorum vero obſequijs piaculum erat deficere (ſiquidem eo tempore non vanũ neq; ſuperfluũ iudicabant orare pro mortuis) eccleſiæ ſacramenta admiranda quadam religione frequentabant,quibus etiam, ob eximias animi virtutes religionisq; præclarã obſeruãtiam qua eccle-

Electio imperatoris.

ſiam Romanā à Lōgobardorum impetu defenſarūt toti⁹ orbis primatuum conſenſu, diſponēte Gregorio 5. ſub Othonio imperatore, cōmiſſa fuit eiuſdē orbis īperatoris electio. Quid mēbratim numerare oportet eorum virtutes, & mores candidos, vbi ſūma erat totius chriſtianiſmi religio? vere gens erat ſui nominis digna, quib⁹ non abs re germani nomen obtigerat. Qui fraternitate erant vnanimes, pietate cōcordes, fide deuoti, religione catholici, ita vt hac ſanctiorem gentem, vix in orbe toto reperiſſes aliam. Hæc omnia ſic habere (vltra id quod celebris vbiq; per orbem de eis fama diſperſit) argumēto fuerunt nobis hi qui reſidui ſūt, quos locuſta nō comedit, neq; ærugo deuaſtauit, qui velut roſæ inter ſpinas, genuino illo ſuo candore præditi nō poſſunt nō illam antiquā imaginē ſpirare: adeo eos experiebamur modeſtos, hoſpitales, affabiles, beneuolos, & honorificos, in viros dignitate vel gradu excellentes, & qui non poterant non altis ſuſpirijs ſuæ gentis & patriæ calamitatē deflere. Vidiſſes etiam ibi tot ornatiſſima templa, tot magnifica monaſteria, quæ etiam numero vincere videbantur reliqua orbis Chriſtiani tēpla. deniq; nihil erat ſacrorum quod nō fidē nobis faceret, religionis Chriſtianæ ſūmam fuiſſe ibidem obſeruantiam.

Germani.

Qui fide ſtant inter Lutheranos

Germani hoſpitales

LVTHERANAE GENTIS DESCRIPTIO.

NVNC verò iſtius viperei dogmatis exhauſto veneno quam fuerīt hi in amentiam redacti, quámq; attoniti ad vocem incantā-

tis effecti vix eſt credibile ab eis qui probitatem illam & modeſtiam deſcriptas in eos experti ſunt, miſerabile dictu q̃ breui tempore cancer hic ſe per õnia Germaniæ ĩteriora irrepſerit, atq; ad oſſiũ medullas pertigerit, comederítq; omnia pulchra deſerti, q̃ repente mutatus fuit color ille priſtinæ ſanctitatis, & deo tam gratæ ſimplicitatis. videres nunc gentem non illam quã ſanctis moribus præditam deſcripſimus, ſed omnino alteram: quid dico alterã? imò prorſus aliam, gentem ſolutam & diſſolutam, irreuerẽtem, inuerecundam, in deũ quidem improbam, ĩ proximũ immodeſtam, in propinquos & parentes impiam, in extraneos toruam & crudelem, eccleſias vaſtantes, ſancta violantes, ſacra diripientes, omnibus penè vitijs ĩdulgentes: vt vere cognoſcas eos præteriti temporis continentiæ pœnitere, victáſq; vlciſci virtutem & probitatem, vt planè in eos quadret id ſapientis dictum, Væ ijs qui perdiderunt ſubſtinentiam & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas: & quid facient cum inſpicere cœperit dominus? porrò videre videbar iuuencos quoſdam iugo ſolutos per aream exorbitantes. Quid iuuencos? Dixerim potius lupos quoſdam (iſto nimirũ nomine eos dignatur diuus Paulus) diuturna fame inter ouiũ greges ſęuientes, non parcũt virgini, nõ velatæ, non ſacris initiatis, inſectantur monachos, ludibrio habẽt ſacerdotes, omni deniq; volenti viuere in Chriſto ſunt oppidò infeſti. ſiquidem templa omnia in locis Lutheranis diruta ſunt & euerſa, & plurima in armentorũ ſtabula cõuerſa, imagines omnes, etiam Chriſti crucifixi combuſſerunt, cœnobia vbi virgines ſacratæ

Templa diruta.

Imagines cõbuſtę.

Cœnobia violata.

cœlibatui vacabant, violata quædam & ſtupris cõ-taminata vidim⁹. Monaſteria etiam ĩ ſecretioribus locis condita (quibus ſancti confeſſores ſeſe à mũdi turbine colligebant, vbi & diuinas aures precibus & lachrymis pro populi delictis pulſabant) deſertáque in ſolitudine erant, & deſolata conſpeximus: quæ vero intra vrbiũ mœnia erant, alijs ſunt iam vſibus applicata prophanis: vt publico ærario, vel ciuitatis cõſiſtorio, amphitheatris, vel merciũ repoſitorijs. videáſq; in eis id prophetæ completũ, Polluerũt templũ ſanctũ tuũ, immũditijs ſcilicet & violationibus plurimis, carnes ſanctorũ tuorum dederunt beſtijs terræ. nam ſacrarũ virginũ carnes, traditæ ſunt beſtiarũ more agentibus, graſſatoribus, corruptoribus atq; prophanis in vſũ. & illa olĩ germana Hieruſalem facta eſt ĩ pomorum cuſtodiam, & quod nõ ſine ſũmo dolore dici queat, tempus id quod ſanctis excercitijs dare ſoliti erant, ſacris inſiſtendo, eccleſias frequentando, & id genus alia faciendo: nunc proh dolor, totũ comeſſationibus, luxurijs, ſaltationibus, euiſcerationibus, alijsq; luſoricis exercitijs, in tabernis & popinis impendunt, ita vt ãplexari ſtercora videas eos qui nutriebãtur in croceis. vt vere in eos ſibilet id olim græcis celebratũ, πάλαι πότ᾽ ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι, ideſt fuerunt quondam ſtrenui Mileſij. nam vitia quædam a ſeculo Germanis ignota, Germani iã ãplectũtur. Facile etiam iſtos ſic faſcinatos ab alijs habitu & forma dignoſces. nam cum cæteri forma egregia, decenti colore, vultu placido, faciéq; ſerena gaudeãt, hos videbis deformatos, pallentes ſemper, laruali- bus vmbris mœſtificatos, ſuũ temetum & fornices

Signa quib⁹ Lutherani diſcernũtur.

olentes, plures etiã eorum pauperes, ſqualidos, pa lantes, in diem vitam agentes, mercedem quã oportuit erroris ſui, in ſemetipſis recipientes.

ℭ CASVS EXORBITANTES.

ET vt ꝑpendere magis poſſis, in quas iſti tenebras deſcenderunt, quámꝙ in lutulentam ducat vitam peccatum ipſum dũ placet, noueris iſtos ſic à vero totius eccleſię ordine deflexiſſe, vt ſi quempiam habitu ſeu veſte clericali aut monachali illac tranſire contingat, cõtinuo vocatũ ad turpia quęꝙ cum eis proferẽda (ne dicam agenda) prouocant, incitãt, quin & impellunt. qui ſi virtutis indole perculſus, id facere recuſet, eíſꝙ rubore perfuſus ſeſe ſubtrahere tẽtet, hei miſero quãtis vapulabit fuſtibus, quot pugnorũ ictibꝰ quatiet, quot pedum calcibus concutietur, indumento ſeu cuculla & interdũ his induto, ad puluerem protractis. Porrò ſi ſe hic à maioribus ſuis deceptũ dicat, ſpontaneéꝙ à ſe cucullã abijciat, atꝙ eorũdẽ cetui ſe iungere incipiat, hoc quàm hic ab iſtis obuijs, vt aiũt, vlnis excipitur, ſapiens habetur & prudẽs iudicatur, magnificiſꝙ attollũt laudibꝰ deũ q talẽ huic indiderit mentem. vnus ſororẽ ſpõſam pollicetur huic, alter filiam vel neptem ſe iſti coniũcturum promittit, alius veſtẽ interpollatã applicat, hic enſem corpori cingit, ille diploidem offert, iſte multi coloris caligas parat, alter thoracẽ ad modũ retis perforatũ & conciſũ adiũgit, hic coronæ capillos tondet, alius ſotularia ampla, ſima, rotũda, ſupérꝙ conciſa, pronus exhibet pedibꝰ, ita vt in miſero monacho dia-

boli filiũ prodigũ, ad toti⁹ mẽdacij patrem reuer-
ſũ agnoſcas,& in eos dęmones ipſos miſerę animę
hauſtũ exultãtes, intelligas. his peractis obambu-
lat patera,bibitur ad æquales hauſtus, & qui ſupe-
rant, victores:qui ſuccumbũt, victi acclamãtur,vi-
ctiſq; victores inſultant. vociferatur,tumultuatur,
luditur, ſaltatur,& in longam noctem potatur, &
quas habebat paup viator pecunias ad ſuũ iter per
agendũ, inuitus exponit, neq; mutire audet: quin
vt lætum vultũ, ſerenã faciem, atq; iocundam oſtẽ
dat, oportet:ſi non vult fuſtem ſentire.quid ſi con-
tingẽtes quotidie caſus (quorum nõ ſũt neſcij quot Monacha abba.
quot in Cæſaris comitatu erant) narrare inciperẽ?
vidiſſes celebratiſſimi cuiuſdã monaſterij pręſidẽtẽ
quã Abbatiſſam dicim⁹, in foro publico popinariã
factam,omaſa viatoribus venditantẽ,(nupſerat ſi-
quidem macellario cuidã.)vidiſſes etiã quendã alte Prelatus quidam ducis Albenſis cognatus.
ri⁹ in tota Germania nominati collegij pręfectũ,au
gam factum,carbones & ligna ad forũ curru vehẽ
tem :quem cũ quidam nobilis decurio aliorum rela-
tu nouiſſet,ſeorſum vocatũ vt reſipiſceret admone-
at, ſuijpſi⁹ malo pro exemplo correptus,qui de tali
& tanto ſtatu, ad talẽ tantámq; miſeriã deueniſſet,
quíq; alijs olim monita ſalutis dare cõſueuerat, de
ſua nunc ſalute cogitare inciperet. cui ille ſe vxorẽ
duxiſſe reſpondit,ex qua proles iam tres ſuſceperat,
nec poſſe eam relíquere,neq; licere.quòd ſi liceret,ſe
non velle aiebat, ni prius proles emanciparet. quũ
autem nobilis admonẽdo inſtaret magis, pollicere-
turq; ſe modũ adinuenturũ,quo vxoris pudori & fi-
liorum neceſſitati occurreretur:tu(ĩquit)ſatis vrges,
ego non puto fas eſſe vxorem ſic iuuenculam cũ

ſui periculo & parẽtum ſuorum dedecore orbatam relinquere. quamobrem tuam in hac parte optarẽ magis humanitatẽ exoratã, vt mihi à ſũmo põtifice indultũ ſeu diploma obtineres, quo in ſuſcepto matrimonio, intrepida conſcientia manerem. cui quũ vir ille nobilis vt eſt oculatus, dixiſſet, quid tibi cũ priuilegio vel diſpẽſatione illi9, cui9 tu prorſus authoritatẽ negas? ingemuit, dicens ſe neſcire vtri ſecuriore ſtatu eſſent, nos an ipſi, abijtq; ſecretum militi cõmẽdans, ne ſi res ad ſodales & conciues deueniret, quòd tale ſcilicet ſuffragiũ expetiſſet, expelleretur vt hæretic9, quippe qui talem in homine mortali faſſus fuerit reſidere poteſtatẽ. Plures etiam vidimus alios falſo matrimonio commixtos, penuriã patientes, qui dum in cælibatu agebãt, feliciter abundabant, quin & alijs felici9 erogabant, at nunc miſeri, Lari ſacrificant. Taceo atroces & enormes caſus & ĩſultus, quos iſti libertatis occaſione in prĩcipes ſuos & proprios dominos intentarunt, mutuis inter ſeſe coniurationib9 adiurati, & conſpirationib9 deuoti, vt cunctum è terra pellerent potẽtatũ, & omnem qui dominiũ prętẽderet trucidarẽt, falſo perſuaſi de toto per eos orbe mutãdo atq; ſuo in poſterum ſenſu gubernãdo. & hac furia cõglobati exeuntes, populos quoſdam incenderunt nulli ſexui vel ordini parcentes. pueros & matres manib9 dilacerantes, maiores natu haſtis tranſfixos ſemiuiuos pendentes relinquebant, dominos vero crudeli & inaudita morte interimebant, eóq; peruenit furia, vt in sereniſſimi ac catholici regis ſui Ferdinandi pſonam conſpiratũ eſſet, quam diebus multis oportuit numeroſa ſatellitũ copia munitã ſe ab

Lutherani cõiurauerũt in regem.

ſtis obſeruare.quam ob cauſam pacatis poſtmodū
ebus, innumerabilis ruſticorum multitudo gladio
erempta eſt.

His breuiter prælibatis,quibus Teutonæ ac Lu-
theranæ gentis qualitas, & agendi modus,no
us & antiquus, nota lectori fieri poterunt, ad no-
træ intentionis propoſitum redeamus, & errorem
lum, à quo omnes iſtę defluūt calamitates,pro vi
ili expungamus, oſtenſa prius digito ſcropha illa Luther ſcropha.
uæ tot ſeculo peperit porcos.Certe is,Lutherꝰ eſt,
uius ſceleris veſtigia, ſecula futura delere vix po-
erunt, qui omnium retro ſeculorū fæces in ſe vno
ongeſtas paulatim effundere,& mundo propinare
m pridē incepit , & inter multas, quas ſecuro or-
i,ātiquatas detulit hæreſes,hanc nouam ſuo cere-
ro confinxit,vt ſpretis omnibus operibꝰexternis, Noua hæreſis.
rúmqȝ abolito merito,in ſola fidei anchora,cun-
am mortales ſpē collocarent.id qȝ ſic populo ſuo
di tenaciter perſuaſit, vt niſi virtute diuina(eáqȝ
iā ſupra naturæ leges operante)diſſuaderi mini-
e queat . Induratum eſt enim inſipiens cor eorū.
qȝ iſta imponimus Luthero, cum eius opera om-
a huius lolij ſemine reſperſa ſint:in aſſertionibus
im articulorum ſuorum per bullam Leo .x. dam-
torū ſic ait, Sola fides facit puros , & dignos qui Arti. 5.
eucharistiæ ſacramentū accedāt. & in libello de
ertate chriſtiana : Chriſtianus (inquit) liber ab
nibus eſt,& ſuper omnia,ita vt nullis operibꝰ ad
c īdigeat vt iuſtus ac ſaluus ſit, ſed ſola fides hęc
nia largitur abunde.& in de nouo teſtamēto ait,
ueamus à peccatis, ſed multo magis ab operibꝰ
is ē legibus,ſolámqȝ promiſſionem attendamus

& fidem, ipſa enī breuis eſt perfectio, neq; aliqua lex requiritur, nec opus: imò & legem proſcindit & opus. Et in reſponſione ad Eccium, fides ſine opere nullo periculo prędicatur. ecce quid circa bona opera ſentiant Lutherani. Quid autem circa hæc olim ſenſerit Lutherus, qualíſve hæc ſua ſit fides, cui ſic fidunt Lutherani, paulo pòſt dicemus.

Conflictatio Cum verò à conſectaneis (quibuſcum aliquoties congreſſi ſumus) peteremus, cur ſic ab operib9 abhorrerent, vetuſtiſſima eccleſiæ ſtatuta damnarent, precéſq; (quas ipſi ſtatas, id eſt, certo tempore & loco fuſas vocant) in ea contēnerent? cur ſic exoſū haberent cælibatū? Nil aliud reſponſi dabant, niſi q͂ hæc omnia traditiones fuerīt hominū, voces inanes & vanas nuncupantes, ac nullius per inde momenti, ita vt nosipſos fruſtra affligamus his, vnde nullā frugem conſequuturi ſumus, q͂ ſolū cor deus intuetur, aiebant. & corde creditur ad iuſtitiam & c. Nihilq; aliud ſuſcipiendum à Chriſtiano, niſi quod Euangelio ſcriptum reperitur vel cōtinetur. Quibus, cum contrà obijceremus id euangelij, qui vos audit me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit, & illud apoſtoli: ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue p̄ ſermonē, ſiue per epiſtolam noſtrā. Reſpondebant

Luc. 10.

2. Theſſ. 2.

LVTHERANI:

SOlis Ap̄ris dicta fuiſſe verba illa ſaluatoris, Qui vos audit & c. quibus iam ipſe Chriſtus cōmiſerat quæ mandare & ordinare deberēt. nec aliud quicq̄ ipſi ordinarūt, vel ſtatuerunt, niſi quod è Chriſti cōmiſſione habebant. quod idem e-

tíam de Paulo aſtruebant ipſo teſtante,qui ait:Ego I.Cor.11
enim accepi à domino quod & tradidi vobis.quòd
ſi aliud quidpiã verbo vel ſcripto mandauit, quod
à domino non haberet, id ſub indulgentia libere
exequendũ reliquit:vt eſt illud,De virginibus præ- I.Cor.1
ceptũ domini nõ habeo,conſiliũ autẽ do.vbi nil au-
det,niſi quod à domino acceperit.

CHRISTIANI.

Quibus ſic obſtitimus :Primo,nõ eſt verũ ſolis apoſtolis Chriſtum doctrinę ſuę verba direxiſſe, cum ipſemet ſequenti capite apud Lucam,dũ de ſtatutis hominũ fieret ſermo,quæ diuinis præferẽda nullatenus eſſent, ſubiungit: Quod vobis dico, omnibus dico.hæc oportuit facere,& illa non omittere : in apoſtolis igitur toti loquebat̃ eccleſiæ, cui formandæ, Chriſtus ſtudebat, & non ſolis ipſis apoſtolis, quibus paulò pòſt migrandũ erat.niſi enĩ nobis loqueretur Chriſtus in Euangelio & per euãgeliũ, fruſtra ſpes noſtra à doctrina penderet euãgelica.ſi nobis non loquutus eſt Chriſtus,cur nobis euangelium prædicandũ & ãnũtiandũ ſtatuit?quid nobis etiam legitur euangeliũ vbi verba Chriſti ſũt, magis q̃ velCato de bono mortis,vel Ariſtotelis ethica,ſiue quiuis alius qui de moribus componẽdis ſcripſerit? Num non nobis euangelio credenda,ſperanda , amanda, & operanda proponũtur ?O vera delíramẽta,& Sibyllę folijs leuiora multo.num qui loquutus eſt nobis in filio,non & ipſe loquutus eſt nobis in euangelio eiuſdẽ filij ?Nunc ĩcipies lector cognoſcere qualia ſint iſtorũ oracula . Sed quia hęc

Luc.11.

rudiũ ſunt, omittamus.

Iam verò quòd adducitis apoſtolos nihil diffiniuiſſe vel ſtatuiſſe, præterq̃ quod à Chriſto ſtatutum acceperunt, abunde vobis ſatisfactum eſt à viro illo vere Chriſtiano, domino Ioã. Eccio: qui patẽtiſſimis ſcripturę ſacrę paſſib⁹ oſtendit, apoſtolos multa ſtatuiſſe quæ Chriſtus dominus nec ſtatuit neque permittere(niſi ad tẽpus dũtaxat)in ſua eccleſia voluit. vt fuit de baptiſmo in nomine Ieſu, de ſãguine etiam & ſuffocato nõ comedendis: quorũ nedũ habebant à Chriſto cõmiſſionem, verùm ad oppoſitũ

Marci vlt. pręceptum: præfixerat ſiquidẽ eis dominus baptiſmi formam in nomine patris, & filij, & ſ. ſ. Quam tamen pro tempore apoſtoli,(quoad Chriſti nomẽ cordib⁹ fideliũ coaleſceret) prętermittẽdã decreuerũt. circa etiam delectũ ciborũ inhibuerat dominus ne quid eorum quę intrant in os immũdum iudicarent, ſed neq; ab his coinquinari hominem: attamẽ non multo poſt tempore ſedãdi ſcandali cauſa à ſãguine & ſuffocato abſtinendum ſtatuerũt apoſtoli. Multa etiam alia ſunt ab ipſiſmet apoſtolis (eccleſiæ infantiæ conſulentibus)ordinata, quæ eorũdem acta legentibus patent.

PERNITIOSE ERRANT QVI CONTENdũt, nihil à chriſtiano ſuſcipiendum niſi quod euangelio ſcriptum continetur.

Qua in re perſpicuum eſt pernitioſiſſime eos errare qui credunt vel exiſtimant, ad nihil aliud teneri chriſtianũ q̃ ad id quod euãgelio exaratũ reperitur: non enim omnia quæ Chriſtus vel dixit vel

fecit (verùm ea quæ potiſſimũ ad ipſum dei filiũ agnoſcendũ vel credendũ faciunt)codice euangelico continẽtur,teſtante Ioan.20.ſui euangelij cap. Multa quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorũ,quę nõ ſũt ſcripta in libro hoc. Hęc autẽ ſcripta ſunt vt credatis,quia Ieſus eſt filius Dei .& c. Liquet ergo eos hallucinari, qui credũt omnia Chriſti dicta vel facta ſcripto ad nos puenisse :ſunt enĩ pleraꝗ à Chriſto dicta, nec etiam ſcripta: & multa neꝗ dicta fortaſſis,neꝗ ſcripta, ſed apoſtolis eorũꝗ ſucceſſoribus reſeruata,ab eis pro loco & tẽpore(prout magis congrueret) populo diſpẽſanda.neꝗ ea tamen omnia ſcriptis ſũt proditá nobis, cũ futurã eccleſiæ gubernationem(quæ varias interdũ fluctuationes patitur)concernerent. Ad cuius rei fidem pleniorem habendam etſi euãgeliſtæ Ioãnis teſtimoniũ ſatis ſupꝗ faceret: (quo habes clare,non omnia eſſe ſcripta quæ vel Ieſus fecit aut docuit)pro ampliori tamen huiuſce rei tam neceſſariæ doctrina non pigebit vno aut altero argumento hanc oſtendere veritatẽ, Non omnia ſcilicet chriſtiano cuilibet operanda euãgelica ſcriptura cõplecti : ſiue id dumtaxat dici cenſueris euãgelium,quod à quatuor traditũ eſt euangeliſtis , ſiue etiam quidquid noui teſtamenti volumine continetur, (quod etiã euãgeliũ appellari conſueuit) quo nomine Paul⁹ ſuas dignatur epiſtolas.¶Primo quidem,Si euãgelijs,id eſt quatuor euangeliſtarum voluminibus ,omnia continentur, quid opus fuiſſet apoſtolos poſt Chriſtũ tot ſtatuere , tot ſcribere, tot ordinare?Incaſſũ igitur Diuus Paul⁹ ad diuiſas mundi gentes tot congeſtas miſit epiſtolas, cũ fa-

Io.20.

Axioma.

Suaſio.

cilius & leuiore labore trãſmittere euãgeliũ poſſet. deinde conſtat Chriſtum dixiſſe aliqua, quæ tamẽ in euangelijs non inueniuntur. vbi namq; in euangelio ſcriptũ reperies, beatius eſſe dare q̃ accipere? Act. 20. tamen id Paulus ex Chriſti verbis citat. & vbi euãgelio oſtendes, ꝙ Chriſtus docuerit oleo ſancto lãguidos à diſcipulis vnctum iri? quod tamen Marcus apoſtolos factitaſſe perinde acſi à Chriſto præceptũ eſſet, meminit. at vbi quæſo ſcripta euangelio offendes illa multa, quæ Chriſtus Ieſus poſt reſurrectionem diſcipulis dicturus pollicebatur, quæ modo, id eſt ante reſurrectionẽ, portare nequibãt? cũ ſatis pauca loquutũ legimus poſt reſurrectionẽ, Ioa. 16. tamen certo nouimus (qui firmiter credimus) eũ quod pollicitꝰ fuerat, adimpleſſe. Iam verò vbi ſcripta cõperies illa multa argumenta, quibꝰ poſt quadraginta dies diſcipulis Chriſtus apparuit? vbi & illa verba quę loquutus eſt de regno dei? nõ certe omnia expreſſerunt nobis euangeliſtæ. non igitur fruſtra (etiam citra hyperbolen) teſtatur Ioãnes, multa alia feciſſe Ieſũ, quæ nõ ſcripto mãdari poterãt, ob mũdi huius anguſtiã libros capere non valẽtis, inquit: nempe quos nec vniuerſus caperet mũdus: quæ ſi non caperet, quomodo ſcribi poterant? Nec dubitandũ eſt de veritate euangeliſtæ, qui mentiri non poteſt: alioqui etiã ſatis credibile videtur quòd nedum quæ ipſe per ſeipſum fecerit Chriſtus, mundus non caperet, quando nec ea, quæ nos ipſi de ipſo ſcribere poſſumus, mũdus capere valebit. peribit ſiquidẽ mundus, & faciendi libros vſq; ad mũ-Eccl vlt. di finem nõ erit finis. Et ſi nos vermiculi, & ſcripturę dei iota minimũ, atq; eius ſũmæ potentiæ nihili

apex intantũ poſſumus, vt quæ è miſterijs diuinis interpretandis intelligere ſufficimus, ſcripta mundus totus capere non valet (etiam ſi diu mũdus duraret) quanto id rationabilius (nedũ & mirabilius) de deo creatore noſtro atteſtãdũ cenſes? Liquet ergo eos vehementer errare, qui nihil ſuſcipere volũt niſi quod euangelio ſcriptũ reperitur, cũ probatũ ſit pleraq; ſcripta eſſe & ad noſtrã eruditionẽ p Apoſtolos dicta, quæ tamen quatuor euangeliſtarũ volumine nõ continẽtur. probatũ etiam eſt non id cũ euangelio pugnare, ꝙ amplũ cæteris reliquerit ſcribendi campum. ad quæ vel vniuerſa corroborãda, haud parũ ſanè faciũt verba illa ab euãgeliſta ſubnexa, Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in cõſpectu diſcipulorũ ſuorum, quæ nõ ſunt ſcripta in libro hoc: notare debes ĩ libro hoc, quaſi diceret, alijs libris vſq; ad mũdi finem ſcribenda relinquũt. Ioa. 20.

Qvòd ſi verò euãgelij nomine contẽdas intelligi totũ noui teſtamenti codicem, adhuc non omnia reperies ſcripta. huius rei argumentò in primis eſt nobis Paul⁹, qui multas dediſſe traditiones pluribus in locis teſtatur: vt id, Laudo vos fratres, quia per omnia mei meminiſtis. &, Sicut tradidi vobis pręcepta mea, tenetis, cũ venero cętera diſponã. I. Cor 11.
Et quod ſuprà citauimus, State (ĩquit) fratres, & tenete traditiones noſtras, quas edocti eſtis ſiue p ſermonẽ ſiue pepiſtolã. & alibi idẽ apoſtol⁹, De collectis (ĩquit) quę fiũt ĩ ſãctos, ſicut ordinaui ĩ eccleſijs Galatię, ita & vos facite, p vnã ſabbati vnuſquiſq; veſtrũ apud ſe ſeponat recondens quod ei bene placuerit &c. tamẽ ſatis patet epiſtolã ad Galatas le- 2. Teſſ. 2. I. Cor. 16.

gentibus, nihil ibi de huiuſmodi collectis ſcriptum eſſe. igitur nonnulla verbo mandauerat quæ ſcripto non ſunt relicta.

Non verũ eſt igitur, apoſtolos nihil ſtatuiſſe vel ordinaſſe, ſicut neq; omnia ſcripto reliquiſſe. Quòd ſi Paul⁹ qui prę cęteris apoſtolis tot reliquit epiſtolis ſcripta, traditiones à ſe non ſcriptas ſed verbo ſeminatas, nõ paucas dereliquit, obſeruaríq; voluerit: quid de cæteris apoſtolis arbitramur, qui quò pauciora ſcripſerunt, eo plura credendũ eſt ſtatuiſſe, ordinaſſe, & tradidiſſe? non enĩ eis pręcepit Ieſus euãgelium ſcribere, ſed prędicare & docere omnes gentes. Quid enim à Petro, qui Chriſto ſuperuixit annos circiter 37. ſcriptũ habemus, præter duas breues epiſtolas? quid à Iacobo? quid à Iuda, præter ſingulas ſingulorũ epiſtolas? quib⁹ plures & prolixiores (vel vno die) ſcribit, qui minimũ quid negotij in republica quapiam gerit.

Corroboratio.

Apoſt. nil ſcripto reliquerunt.

De cæteris verò apoſtolis (his præfatis ſubductis) nihil vel minimũ quidem verbũ ſcriptũ habemus. quid ergo? nihil ſtatuerunt? nihil in orbe ordinarũt? hi quibus totius orbis cura ab orbis cõditore cõmiſſa erat, è quibus tota pendebat Chriſtianiſmi moles. Ridiculũ eſſet hoc affirmare, & puerile quoddam à ſani capitis viris iudicaretur. num non ſalutaria dogmata ijs, quibus cum pręſẽtes interdũ, & nõ raro abſẽtes, agebãt, tradiderũt? errant ergo toto cælo qui nihil putant à Chriſtiano ſeruãdũ præter id quod literis eſt expreſſũ canonicis.

CANON SVSCIPIENDORVM A CHRISTIANO.

QVòd ſi certũ petas canonem ad ſciendũ quæ vltra euangeliũ ſunt homini ſuſcipienda, ad matrem eccleſiam recurrendũ eſt tibi: quæ theſaurũ cæleſtiũ reuelationũ reconditũ habet. neq; id de materiali vel parietibus compacto tẽplo intelligas, non enim ad lapides mortuos remittebat Chriſtus diſcipulũ cui dicebat, ſi te non audierit, dic eccleſiæ: nũquid parieti deferendam dicebat cauſam, & non potius eccleſiæ pontificibus? hic igitur pontifex eſt, qui tibi dicet quid te oporteat facere. huic enim tui cõmiſſa eſt cura, cui dictum eſt, paſce agnos meos, paſce oues meas. Nec ſit tibi curæ, quid ipſe cõtra faciat cui cõmiſſum eſt pedũ à domino paſtorale, admonito à Chriſto, qui dixit: Quæcunq; dixerint vobis, facite. vbi & eius authoritatem approbauit, & te eidem ad obediendum ſubditũ conſtituit, qui & ei ſuggeret ea quæ tibi ipſe imperare debet: atq; tu perinde omnia humiliter explere, qui omnia iuſſeris facere. nihil ſanè excluſit, qui omnia dixit. Math. 18. Ioa. vlt. Math. 23.

NVm fruſtra deus quoſdam dedit cum apoſtolis & prophetis in eccleſia doctores, ſi nullam in eccleſia docendi authoritatẽ habẽt? eſſent profecto fruſtra, ſi non eis obtemperandum eſſet. Eph. 4.

SECVNDVS CANON.

QVòd ſi ſcriptura, vel eccleſiæ vox, deficiat, ad conſuetudinem (quæ vtriuſq; vices gerit) re

currendũ eſt, eícꝙ omni inſiſtendum conatu, quæ vim habet legis,& plenam ſortitur eccleſiæ authoritatem. quod clarum facio. vis ſiquidem legis ex conſenſu reſultat populi. Cum ergo non minor con ſenſus detur cõſuetudini (quæ probata eſt) q̃ legi ſcriptæ, æqua lance penſanda venit & conſuetudo longo tẽporis ductu approbata,& lex quæ ſcripturę authoritate obſeruatur,vbi potiſſimũ de legis in ſtitutore nõ cõſtat. Ad hanc nimirum ſolã recurrit

1. Cor. 11. Paulus,dũ aduerſus cõtentioſum nil pręter eccleſię conſuetudinẽ Corinthijs allegauit, dum dixit, Nos talem conſuetudinem nõ habem⁹,neꝗ eccleſia dei. quæ niſi multum momẽti ad ea quæ ſũt moris haberet, pro nihilo eam duxiſſent Corinthij. Itaꝗ ſit tibi pro canone indefectibili cũ ſacra ſcriptura,par eccleſiæ (quæ dei viuentis columna eſt)authoritas:

1. Tim. 3. poſt hanc, conſuetudo ipſa quam (longi temporis curriculo amplexa)viſa eſt iam eccleſia approbaſſe. Sint tibi tertio loco doctores ipſi, qui hanc & illã ſuis ſanctis lucubrationibus perluſtrarunt. vt non tibi ipſi fidens ſis alta ſapiens, ſed humilibus cum apoſtolo conſentiens.

Deut. 4. NEC te moueat ꝙ Moſes Deuteronomij 4. & 12. cautum facit ne quis ad verbũ quod loquebatur addere vel minuere quicq̃ tẽtaret:ĩtellige nãꝗ non addendum ſcilicet contrarium: nec auferendum perinde neceſſarium. ſicut non incurrit interminationis pœnam à diuo Ioanne imprecatam,

Apo. 22. qui ad ſcripta in ſacroſancta Apocalypſi aliquid ſuperſcripſerit, cum eam pleriꝗ viri tam ſancti q̃ eruditi prædare & diffuſe commentati ſint. ſed in

tellige, qui contraria illis adiecerit, vel inde neceſſaria ſubtraxerit.

COnfirmat ſupradicta omnia diui Pauli aſcenſio illa in Ieruſalem, diuino ad id admoniti oraculo vt cõferret cum apoſtolis, ne forte (inquit) in vanũ currerem aut cucurriſſem: quod ſatis mirabile eſſet, ſecreti arcanũ non penetranti, vt euangeliũ (quod non ab hominib⁹ nec per hominem accepiſſet) conferendũ tamen cum apoſtolis neceſſariũ iudicabat. vnde enim in dubiũ vertere poterat Apoſtolus ſui euangelij veritatem, qui à deo & non ab homine illud accepiſſe ſciebat, niſi quòd fieri poterat, ut eo prædicante, aliqua apoſtoli ſtatuerint vel ordinarint, quæ euangelio ſuo conſona minime viderentur? quorum ſi oppoſita Paulus dixiſſet, euangelio ſcandalũ oriretur. igitur aliqua poterant apoſtoli ordinare vel ſtatuere, quæ Chriſti euangelio nõ eſſet expreſſa. Gal. 2

CAeterũ quod ex diuo Paulo citatis, nihil proprio ſpiritu ſaxiſſe, niſi quod expreſſũ verbo vel ſcripto, haberet à domino. Si intelligitis nihil Paulũ ſtatuiſſe, niſi quod à deo omniũ inſpiratore, ſine quo nec cogitare quidẽ ſufficim⁹ quicq̃, accepiſſet, quis vnq̃ iuit inficias? aut cui⁹ mens vnq̃ dubitauit? verũ ſi intelligitis, nihil ꝓprio ſpiritu ĩſtituiſſe (qui dei ſpiritum ſemper habebat) hoc falſũ eſt. nam ipſe met (eodem quo vos ſupra citaſtis capite) ſic ait: Cæteris ego dico non domin⁹, ſiquis frater vxorẽ habet infidelem, & c. Audis apoſtolum proprio ſpiritu loquentem, non quod verbo vel ſcripto vnq̃ 1. Cor. 1

acceperit à domino, ſed quod ille ſuggerebat qui dat ſpiritum bonũ petentibus ſe.

AD hæc cum nullam habeant reſponſionis vmbram Lutherani, ſed neq; habere quidem poſſunt, niſi ſumma cũ impudentia in perfidam ſacra negandi hæreſim labẽtes, muſſitant neſcio quid de fide non diſputandum: hoc enim ſibi oppoſuerunt inertiæ ſuæ clypeum.

QVOT MODIS CAPITVR FIDES.

SEd quia plurimũ ad dicendorum notitiam cõfert ſcire quæ qualíſve ſit fides hæc, quam iſti ſe habere iactitant, quámq; ſolam ad ſalutẽ conſequendam ſufficere prædicant, eam hic explanare decreui, expoſito prius hui⁹ vocis fidei, ſignificato: quod amphibologicum eſt, neq; omnibus ob eius in ſacra ſcriptura multiplicem acceptionem, æquè notum. Quin neq; ĩter ipſos Lutheranos de huius vocabuli ſignificatione ſatis bene conuenit, vt multiplici argumẽto explorati ſum⁹. vbi adeo hallucinatos eos inuenias & paralogizatos, vt vix vnus alterius ſententiã probaret. quæ res ſatis etiam ex eorum libris & ſcriptis apparet: qui ſic indiſtincte de fide loquũtur, quaſi vnã tantũ in ſacris ſortiretur ſignificationem. Quod tamen nõ ſic eſſe norunt, nedũ qui ſacris literis initiati, ijs elucubrandis, aliquãtam operam impenderunt: verũ & latini oratores, iuréq; conſulti, qui diuerſimode hac voce vtentes in diuerſas traxerunt ſignificationes.

FIDES PRO CONSCIENTIA.

SVmitur igitur fides tum à theologis, tum etiam à latinis, & iureconſultis, primo pro eo quod dicimus conſcientiã. ſic ſanè eam accepit Apoſtolus, dum dixit, Omne quod non eſt ex fide, peccatum Rom.14. eſt, id eſt, quod conſcientia diſſentiente, ſeu contra pugnante agitur, cedit operanti in delictum, citatur 28. q. 1. c. omnes, qua etiam ſignificatione capitur à iuriſperitis dicẽtibus, poſſeſſor malę fidei nullo tempore præſcribit de. reg. iur. li.6. is eſt qui prudens citra iuſtitię leges, alterius rem occupauit, vel ſic occupatã ſciens retinet. quo etiam modo dici cõſueuit, hanc rem fidei tuæ cõmitto, cum rei dubię cedimus arbitri conſcientiæ fidentes: vnde & probatę fidei dicimus hominem, id eſt purę conſciẽtię, ſeu mentis ſinceræ.

FIDES CONVENTORVM.

SEcũdo capitur fides pro fidelitate ſeruandi pactũ vel conuentum, ſeu promiſſum. vt hoſti ſeruãda eſt pacti, vel cum eo conuenti, fides. 23. q. 1. noli. & 22. q. 4. Innocens. & hæc dicitur à Tullio 3. de. re. p. fides conuentorum. ſub hac commiſſi tuendi, ſecreti ſeruandi, promiſſi tenendi, inuiolabiliſq; hoſpitij iura, ſubcertant. de qua quidem fide copioſe tractant iureconſulti, de ea enim dicitur, In male promiſſis reſcinde fidem: in turpi voto muta decretum: huius ſunt fidei fractores qui voto vel iuramento à ſe factis contraueniũt. huius etiam fidei meminit diuus Paulus, dicens, Nũquid incredulitas

eorum fidem dei euacuabit? abſit. eſt enim deus verax, omnis autem homo mendax. vbi Paulus capit fidē pro fidelitate ſeu firmitate, qua ſtatur ꝓmiſſis. ex eo enim ꝙ quidam Iudęorum non crediderunt, nō fuit labefactata promiſſio dei, Abrahæ & patribus facta. de qua ibidem Apoſtolus loquitur, vt patet legentibus locum illū. Ab hac etiam fidei acceptione deriuationē trahit fidelitas illa (nunq̄ non frequens in ore Pauli) fidelis deus, fidelis ſermo, id eſt, ſtabilis & firmus: quam & ſe inconcuſſam ſeruaſſe ſancte gloriatur, dicens: Curſum conſūmaui,
2. Tim. 4 fidem ſeruaui, id eſt fidelitatē conuenti vel Deo promiſſi ſinceriter tenui. hæc etiam fides eſt quæ inter matrimonij bona annumerari ſolet, quæ ſunt, fides, proles, ſacramentū. vt per fidem intelligas mutuā vtriuſq; coniugis conuēti vel promiſſi, de immaculato thoro ſeruando, fidelitatem.

FIDES PRO AEQVITATE.

Tertio capitur fides pro æquitate, quæ teſte Cicerone in libro de Amicitia, iuſtitiæ & amicitiæ fundamentū eſt. ea eſt quę in Deo Opt. Maxi. ſūme ſplendet, quámq; oratores & comici in rebus acerrimis implorare ſolent, dij veſtram fidē, id eſt æquitatē imploro. ſcilicet quæ mortaliū omniū ſuſcipit curas, quæq; rotantis fortunę caſibus implexis, vltimū eſt refugium. huic vt confiſi laborum impetus
1. Cor. 1. ſufferamus, admonet Apoſtolus, dicens: fidelis deꝰ qui nō patietur vos tentari vltra id quod poteſtis, id eſt tā eſt deus æquus & iuſtus, vt non ſinet vos incidere in eam, quam nō valetis ſuperare, tentati-

onem. Cui etiam acceptionis ſuffragantur iura dū dicunt, Bona fides nō patitur vt ſemel exactū iterū exigatur.de.reg.iur. & iterū, Vbi bona fide agitur, nō eſt de apicibus iuris diſputandū: vtrobiq; fides pro æquitate.

FIDES HVMANA.

Quarto ſumit fides pro credulitate ſeu fide humana: prout dici conſueuit, habeo tibi fidem id eſt aſſentior ijs quæ à te dicuntur: fidem mihi fecit, id eſt perſuaſit vt ei crederem: quo etiam modo dicitur in prouerbio, Accepit fabula priſca fidē, id eſt credulitatem, qua fide credimus, ſepultum ſubiacere tymbo, cuius epitaphium lapidi adſcriptū nomen & elogiū exprimit: differt autem hæc fides ab opinione, firmitate: à fide verò theologa, incertitudine.

FIDES PRO DONO.

Quinto, fides capitur pro quodā firmitatis dono, ſeu certitudinis cuiuſdam ſupereminentis, qua homo fit conſtantior ad ea quæ ſunt fidei prædicanda, tuenda, & amplianda: quæ & ab Apoſtolo inter illa nouē dona, gratis homini ad manifeſtationem ſpiritꝰ collata, cōnumeratur: Alij (inquit) 1. Cor. 12. datur fides in eodē ſpiritu. à quo dono prouenit vt multi mira quadam affectione ad res fidei ſint propenſi, quas auido ſpiritu ſuſcipiunt, & hilari animo tractant, etiam ſi circa virtutum aliarum opera ſæpe inueniantur remiſſi. Hæc autem fides ſeu do-

num,dū in bonis animis ſedem recipit,ſic ſuæ certitudinis gaudio mentem afficit, vt inter duodecim illos animi & ſpiritus, fructus ab Apľo numeretur.
Gal 5. Fructus (inquit) ſpiritus ſunt, charitas,gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas,benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia,continentia,caſtitas. vbi & notare oportet,fidem à charitate,diſtinctum cōnumerari fructum: vt ſiue per fidē intelligas, virtutem illam, ſine qua deo placere nemo poteſt: (vt Lutherani intelligūt) ſiue ſingularem quādam ac peculiarē fidei perfectionē, non omnibus, etiam bonis, cōmunem, vt docti quiq; intelligunt: ſēper tamen à charitate poſſe ſeiungi cognoſcas, contra id, quod Lutherani (multis in locis) tum cap. 12. ſuæ œconomicæ perperam docent.

FIDES PRO FIDVCIA.

SExto,fides accipitur pro fiducia ſeu quam dicunt confidentiā, qua acceptione non ſemel Chriſtus ſacro euangelio vtitur, vt quoties apoſtolos huius fiduciæ defectu, à Chriſto ſugillatos legimus, qui non raro ὀλιγόπιστοι id eſt puſillæ fidei nuncupantur:vt ibi,Quid timidi eſtis modicæ fidei,id eſt confidentiæ? hanc quoq; ſibi adauctam fieri petebant
Luc.17. apoſtoli,dicentes,Domine adauge nobis fidē.quod ſatis ex pręmiſſa à Chriſto ſentētia oſtenditur,qua eos ad hanc hortatur fiduciā, dicens, Si habueritis
Math.21. & Luc.27. fidem ſicut granū ſynapis, & non hæſitaueritis,dicetis huic arbori moro, eradicare & tranſplantare in mare, & obediet vobis. fides nēpe ſine hæſitatione (vbi de aliqua re impetranda agitur) vera &

plena confidentia eſt.quam etiā vt credentibus, & de ſua benignitate fidentibus,morem gereret Chriſtus,reſpexiſſe legitur, dum dicitur :Videns fidem illorum, dixit : Confide . viſa quippe paralyticum deferentium fiducia grandi, qua & huic ſe impetraturos ſanitatem fidebant, vt ſuā huic adiungeret paralyticus confidentiam admonet, dicens: Confide .quaſi diceret, iſti fidunt,tu confide.

FIDES VIRTVS THEOLOGA.

Septimo & vltimo,fides accipitur pro virtute theologa, quā Apl'us deſcribit, ſperandarū rerum ſubſtantiam,& argumētum nō apparentiū.ea ſanè eſt totius ædificij ſpiritualis fundamentū & principiū . qua ratione ab apoſtolo dicta eſt ſubſtantia, quaſi quòd toti ædificio ſtabilimentū præſtet, fitq; nobis per eam inchoatio quædam eorum, quę poſt hanc vitam ſperanda proponit : quapropter & nō adhuc apparentiū argumētū īdeficiens appellatur. Quandoquidē certiſſima quęq;(etſi nobis non viſa) firmiſſimo tamē aſſenſu nobis credenda ſuadet.itaque per ſubſtantiam, rei de qua fides eſt, dignitatē agnoſcas,& per argumentum,ſuſcipientis creaturę cōditionē, quæ nō niſi per vmbram,tantum lumen dignoſcere valet, intelligas.de qua quidē fide,quia tota ſacra ſcriptura reſperſa eſt,eāq; diui Pauli epiſtolæ per omnia fragrant, nō mihi videtur in citādis locis tempus terendum,vt Lutheranæ fidei explodendę (iuxta præſtitutum) locus relinquatur.

Exponitur fidei definitio.

DE FIDE LVTHERANA.

NOuéris igitur(chriſtiane lector)iſtos huius eſſe mentis circa fidem iſtam, quã mundo nouam intulerunt, vt ea ſit virtus, vnica à deo homini in fuſa,qua credit,cõfidit,diligit, & ſperat,quę omnes etiam alias ſpirat ex ſe virtutes, effectu (non eſſentia) ab ea diuerſas : quam qui habet,omnes ſimul virtutes habet: & nullam perinde, ſi iſtam cõtingat abeſſe.nõ enĩ iſti arbitrant̃ aliquã eſſe fidẽ informẽ, quin & illam tritiſſimã & ter catholicã theologorũ diſtĩctionẽ de fide formata charitate,vel ĩformi deridẽt.nimirũ aiunt, vnicã tãtũ eſſe fidẽ,quę eſſentia & radice oẽs alias cõtinet virtutes,quas ꝓducit & parit. cui prima proles eſt ipſa charitas,ſecunda ſpes, & ſic ſuo ordine omnes effectu dũtaxat à ſe diuerſas, nõ eſſentia. neq; enĩ aliquam fatentur à fide diſtinctam virtutem,in homine quocũq;. Reliquáſq; omnes quas nos recte virtutes dicim⁹,branchias vel ramos ab hac radice pullulãtes,appellant. quas nõ ſecus ex ea naſci credunt,q̃ à radice fruticis pullulant nouellæ. Quòd vero diuerſis in ſacra ſcriptura nominibus nũcupentur, vtpote, charitas, ſpes,iuſtitia, fortitudo,prudẽtia,&c.hoc(inquiunt) nõ refert,nõ obſtat: fit enĩ ad diuerſos fidei effect⁹ ſignificandos .vt dũ fides diligit,vocatur charitas: dũ ſuſtinet, fortitudo: dum ſperat,ſpes: dũ prudẽter ſe gerit, prudentia :dũ iuſte operatur,iuſtitia.

Occurrit obiectioni.

APPENDICES AD LVTHERANAM FIDEM.

HInc aliquot ſubſerũt appẽdices Lutherani. Primũ, quẽadmodũ fructus de arboris bonitate vel malitia teſtantur, ſic quicquid bonitatis vel malitiæ in opere quocunq; ſtudioſo inuenitur, totũ fidei tribuendum cenſent.

QVi à virtute (quacunq; ex cauſa) decidit, à fide eum deficere neceſſe eſt:neque enim per iſtos peccatur niſi in ſolam fidẽ.ſic quippe ait Lutherus, Nulla peccata poſſũt hominem dãnare, niſi ſola incredulitas. In.lib. de Capt.Bab.

QVi fidem habet, contra conſcientiam agere nõ poteſt .hanc ſiquidẽ confinxerunt ſibi de iſta ſua fide theoriam, vt ſi firmiter credas, ſalutẽ tibi à Chriſto contigiſſe, téq; dei hæredem conſtitutum, hac ſola fide ſine pluri, ad promiſſam hæreditatem & æternam ſalutem (citra omne meritum) peruenies . ꝙ ſi contingat aliquot bona opera huic fidei adiungere, caue inde tibi meritũ, retributionẽ, præmiũ, aut ſtipendiũ aliquod ſperes:ne, quod operi tuo redditur, gloriæ dei gratuitò te ſaluantis detrahatur. Quid de merito ſentiant Lutherani.

FIeri nõ poteſt vt charitas à fide ſeparetur:eſt nimirum eſſentialis & intrinſeca ei perfectio, nõ ſecus q̃ igni calor:eſt igitur omne peccatum contra fidem.

ECce pie lector plenam huius fidei Lutheranæ, catatypoſim expoſitam, laborioſæ arboris radicem excauatam, ſuorũ riuulorum fontem apertũ: nouũ certe, & hactenus inauditum fidei chaos, quo Chaos fidei Luth.

indigeſta & confuſa ſunt, cætera omnia virtutum. quum vero eis contrà citatur id Pauli, Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferã, charitatem autem nõ habuero, nihil ſum: & illud ibidem, charitas nunq̃ excidit, ſiue prophetiæ euacuabuntur, id ſic exponebant, qui nullã cuiuſuis expoſitionẽ recipiunt, ꝙ apoſtolus eorum partes defendit, qui dicunt fidem à charitate nõ poſſe ſeparari, quia tunc fides nulla eſſet (inquit apoſtolus) intantum hunc fidei effectũ qui eſt charitas attollit, vt ſi is deficiat, & fidem ipſã deficere neceſſe eſt. atqui non minus extorte & perperam alterum locũ exponit, ſcilicet charitas nũq̃ excidit, id eſt is fidei effectus, qui eſt dilectio ſiue charitas, nũq̃ defecturus eſt. Quæ quidem expoſitio q̃ ſit ĩ pernitiẽ literæ Pauli patet, cũ ipſe dicat eã fidẽ ſine charitate poſſe montes transferre.

1. Cor. 13.

SEd interim ſcito, eos anxie laborare, circa vltima .13. ca. 1. Corin. verba, quæ ſuo cõmento aduerſari ni nirũ videntur, vbi diuus Paulus ſic ait: Nunc autem manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horũ eſt charitas. vbi hæc dictio numeralis, tria, ſumme eis faceſſit negotiũ, quã certe ſuo figmento adaptare nequeunt. nã ſi vna tantum virtꝰ eſt, quomodo iam tria hæc? ſi ſpes & charitas ſunt vnum cum fide, quomodo horum triũ, maior charitas eſt? num ſua cauſa effectꝰ præſtãtior eſt? mirũ ſanè eſt, vt cũ vos poſueritis charitatẽ fidei fructũ, vel effectum, nunc à beato Paulo dignior ſua cauſa, vel radice, prædicetur: vnum è duobus oportet vos fateri: vel ꝙ iſtæ virtutes diſtinctę & diuerſæ ſint,

Tria hæc

Conferit cũ Lutheranis

vt ſacra ſcriptura docet, & Paulus videtur data opera inſinuaſſe.vbi abſq; vlla neceſſitate dictionem hanc, tria, appoſuit, quam neq; textus intelligẽtia expetebat,nec alia vndecunq; cauſa ad hoc vrgebat, niſi vt huic tantum obuiaret technæ:feciſſet quippe ſatis loco illi intelligendo,quando diceret, nunc autẽ manet fides,ſpes charitas:quorũ vel quibus maior eſt charitas,abſq; eo ꝙ adderet tria hæc.quorſũ enim ad hanc intelligẽdã ſententiã,addere tria hęc? niſi ꝙ ijs tacite obuiabat tricis.Quòd ſi de fidei effectibꝰ, vt vos non minus extorte q̃ inualide exponitis, id contendatis intelligi, iã in alterã partẽ vos incidere neceſſe eſt: vt ſcilicet fateamini hunc fideĩ effectũ qui eſt charitas,ſua cauſa præſtare : quod vſq; ad hanc horã, temere & impudenter negaſtis. ſẽper enĩ mordicus defendiſtis,primas deberi fidei, cui omniũ virtutũ accumulatas tribuitis laudes:cæteris verò,nihilò plus q̃ ramis à frutice erũpentibꝰ. modo cũ videtis vnum è ramis veſtris(nõ ſine magno animi veſtri cruciatu)tota arbore veſtra præſtantiorẽ, liceret (mea quidem ſentẽtia)veſtrã mutare, vel priſtino ſtare conſilio.ſiue enim charitas, eſſentia, ſiue effectu, à fide diſtinguatur, hoc pro confeſſo,ex diuo Paulo habemus,vt quoties de fide, charitate, cæteríſq; dei donis mutuo conferendis ſermo ab ipſo perorarit, fidei ſemper prætulit charitatem, vtpote quæ nunq̃ excidat, quæ vinculum ſit perfectionis,legis impletio,præcepti finis,via excellentior, per quam fides operatur : ex qua deniq; lex pendet & prophetę:de cuius quidem charitatis, excellẽtijs,fideíq; ab ea diſtinctione cũ copioſiſſime tractarint doctores illi famoſiſſimi,qui me priores

Implexi Lutherani.

Charitatis epitheta.

Math.22.

in Lutheranos calamũ ſtrinxerunt, non opus eſſe iudicaui his immorandum, niſi ſic vbi aſſumpti propoſiti materię congruere videro. Ea ſiquidem viſa ſunt nobis magis pro tempore memoratu digna, quæ gregem illũ Lutheranũ, ignorata, in præcipitiũ dederunt, quęq́ ſcita, plurimum eorum reductioni adiumento eſſe poſſunt.

LVTHERANVM ANTIDOTVM.

PErpenſis interim Lutherani exitio grandi, & calamitate, quæ ex perperam ab eis dictis, & rudi vulgo propinatis, ſequuta ſunt, vidẽtes populũ ſuũ vana ſuæ fidei fiducia duci & ſeduci, vt abiectis & contemptis cunctis operibus bonis, ocio vacarent, de antidoto (licet ſero) cogitare cœperunt, quo poſſent venenum pellere, ſuæ per eos genti incautè propinatum, atq́ ad hunc effectum
Theorema multo adhibito conſilio, in hanc proruperũt theoriam (quam libro cui titulum fecerunt œconomica chriſtiana, inſeruerũt) Fatemur (inquiunt) faciẽda eſſe bona opera, ſed illis deberi mercedem, vitam, aut ſalutem, negamus: aut eo animo facienda eſſe, vt meritũ vel præmium quis aſſequatur. ſed tantũ vt deo (omnium bonorum gratuito largitori) ſine reſpectu cuiuſuis mercedis, gratificetur. neq́ enim apud eum eſt operum reſpectus, vbi ſola & mera donãtis largitas inuenitur: ecce ſalutiferum Lutheranorum antidotum.

QVod quidem theorema, dũ prima (vt aiunt) frõte conſpexi, nõ vndiq́ impiũ iudicatũ eſt:

quippe quod non fictę religionis ſpecimen pręferebat, dum non nobis gloriam, ſed nomini domini adiudicat, deferendam. At dum reſumpto ſpiritu illud attentius diſpicere cœpi, inueni quòd ὁ θησαυρὸς ἡμῶν ἄνθρακες ἦσαν, dij boni, quantũ veneni medullitus incluſerat, quámq; latebat anguis in herba: miſcet ſanè aquam vino, & (vt Hieronymus de Vigilantio refert) de artificio priſtino ſuę venena perfidię, catholicæ fidei ſociare conatur, eóq; periculoſius, (atq; ideo procul arcendum) quo magis è propinquo verę religionis & pietatis ſimilitudinẽ refert. Quamobrem, de hac peſte elidenda (vtpote pernitioſiore) noſtro huic operi titulum fecimus. Ratio tituli huius libri.

CVR HIC NON CITENTVR DOCTORES.

QVam quidem iniquitatis arcem, omni telorũ genere oppugnare animus erat (vt par eſt in cõmunem rei pub. hoſtem) id eſt cum ſacrę ſcripturę auctoritate ſacrorum etiam doctorũ ſenſum & commentaria, intellectúſq; & expoſitiones, in mediũ adducere: ni iſti frõtoſi, arma quibus expugnandi ſunt ſibi præelegiſſent, & nobis eadem ſumenda proponerent: nudum ſcilicet cũ Iudęis ſacrę ſcripturę textum, vel rationẽ cum græcis & gentilibus, intellectũ conuincentẽ. vtroſq; tamen damnat Paulus, qui ſolum Chriſtũ (& hunc crucifixum) ſe ſcire gaudet dum dicit, Iudæi ſigna 1. Cor. 1. petunt, Græci ſapientiam quærunt, nos autem prędicamus Chriſtum crucifixum. Itaq; iſti doctorum omnium, etiam illorum quatuor, quos ſibi ſancta

mater eccleſia in peculiarem quadrigam delegit, authoritatē, nō minus temere quàm impudenter à ſe excuſſerunt. in prooemio ſiquidem ſuarum aſſertionum Lutherus ſic ait: Nolo ſacram ſcripturā meo, aut vllorū hominū, ſpiritu interpretari, ſed ꝑ ſeipſā & ſuo ſpiritu intelligi volo: pręclariſſimū enī habeo Auguſtini exemplum in Epl'a ad diuū Hieronymū, Ego (inquit) ſolis illis libris qui canonici dicuntur, eum deferre honorem didici, vt nullum eorum ſcriptorū erraſſe, firmiter credā: cęteros verò, quantalibet ſanctitate doctrináq; præpolleant, ita lego vt non ideo verū credā ꝙ ipſi ſenſerint, ſed ſi per canonicas ſcripturas, vel ratione probabili mihi ꝑſuadere potuerint. Hac Auguſtini ſentētia male iudicata, & ad ſuos tractata affectus Luther⁹ haud ſecus q̄ œſtro percitus, omniū à ſe abegit doctorū autoritatē: vafróq; dilēmate vſus, paterno gladio patrē ſuū Auguſtinū cū paribus iugulat. nec tamen diuus Auguſt. doctorū aliorū contempſit operā aut neglexit authoritatē, quia non æquo eos ducat honore cum ſacrę paginę ſcriptoribus. & quis vnq̄ (ſanę mentis) non horū autoritatē cæterorū omnium prætulit dignitati? At nō ideo cōtēnendi ſūt, quia errare poſſūt. & quis mortaliū eſt, qui ſuo ſpiritu duct⁹ errare nō poſſit? nōne ꝓuerbio dicitur, Nemo eſt qui omnib⁹ horis ſapit? ſed neq; hoc Auguſt. dicit, ſed ꝙ nō ideo credit verū eſſe quod dicunt, quia ipſi ſenſerunt, ſed quia vel ratione ꝓbarūt, vel authoritate ꝑſuaſerūt. porrò ſi ob id vilipēdenda ſunt doctorū opera, quia errare potuerūt: ipſiuſmet Auguſtini opera āte mille annos periſſent, quib⁹ tamen elimādis & elucidādis multū operę ab eodē Auguſtino impenſū eſt. nū

Beatus Auguſt. epiſtola ad diuum Hieronimū.

Oeſtro percitus Lutherus.

Exponitur Aug. dictū.

Prouerbiū.

ideo omiſit tot conficere libros, quo nemo plures, quia errare poterat?nũ ideo ſcripti ſunt vt nemo ex eis vtilitatẽ percipiat?& nõ potius vt æternę memoriæ ſint monimenta doctrinæ?Alioqui fruſtra ſcripſerunt quotquot à tempore apoſtolorũ ad pręſẽtẽ vſq; diem interpretandis, elucidandis, explicandíſque ſacræ ſcripturæ locis oleum & operam impẽderunt:ſi nulli hominum interpretationi ſtandum eſt, quorſum tot de interpretandis ſcripturis in medium prodiere volumina ?quoties igitur dubium aliquod è ſacris oriretur, nouũ eſſet expectandũ oraculum, lepida profecto ſententia:ſi nulli mortalium interpetationi ſtandũ cẽſes, quid igitur tu ſcribebas qui homo es & mortalis? Conſtringitur Lutherus.

SI ea ratione omittendi ſunt doctores, quia errare poſſũt(vt tu aſſeris)cur igitur tu ſcribis, qui nedũ errare potes, verũ turpiter cũ tuis ſequacib⁹ erras? eadẽ(ni fallor)ratione cõtẽnendus venis ab omnibus, qua & tu alios omnes cõtẽnis. verũ ſcio dices, ego nihil meo ſpiritu dico, ſed ſacrę ſcripturę authoritate quę dixi confirmo: tunc peto quo ſpiritu, quo ſenſu, ſcripturę textũ intelligis & interpretaris?tuo, an aliorũ?ſi tuo, iam ꝑfecto in eadem dãnatione es: ſi aliorũ, cur ergo eorũ reprobas ſenſũ, & cõtemnis authoritatem ? Si autem dicas, non meo neq; alicuius ſpiritu, ſed ſuo ſpiritu ſcripturam interpretor & intelligo: hoc inane eſt, & nullius planè momenti. quandoquidẽ litera ipſa mortua eſt, nec loquitur:& ſpiritus eſt qui viuificat. legebat ſiquidem ille Candaces Reginę eunuch⁹, nec tamen ſine Philippo interprete intelligere valebat. Legebat & diuus Au Conſerit cũ Luthero. Infringit euaſionem. Act. 8.

guſtinus diui Ambroſij commonitione Eſaiæ prophetiam, veruntamen primam huius lectionẽ non intelligens, totúmq; tale arbitrans, diſtulit repetendum exercitatior in dominico eloquio. Non igitur ſeipſam ſponte prodit ſcriptura, eget ergo ſpiritu viuificante: quem (vt viua ſit litera) opportet ſignare. & cum non poſſis niſi tuum vel aliorum doctorum ſpiritũ ſignare, infertur propoſitum, niſi forte velis tibi cum diuo Paulo, dei ſpiritũ vindicare, quę ſũma eſſet arrogantia, cuius tibi nõ arbitror imponendam labem, vt quem alijs omnibus abrogas ſpiritum, tibi vni arroges. ſed miſſa hæc: ſat eſt conditionem acceptaſſe vt eis dumtaxat armis in pręſenti conflictu vtamur, quas nobis, vt tecum congrediatur, deſtinaſti.

NEc tamen ob id contẽnendi ſunt (quin nec ſua laude priuandi) qui doctorũ etiam ſuffragio & autoritate in his elidendis vtuntur. Nimirum in bello, contra communem rei publi. hoſtem ſuſcepto, quibuſuis armis agendum eſt. vnus gladio, alter telo, alius haſta, hic fuſte, ille funda, iſte lapide, alius arcu. Ac demũ quidquid ad manũ citius occurrerit, eo arrepto communem ſtudet ferire hoſtem.

QVOD CHRISTIANA VOX SIT MERCES.

NOuum quiddã fuit noſtrę tempeſtatis theologis, fuiſſétq; & priſci ſeculi doctoribus, ſi audiſſent, ꝙ nihil meriti, pręmij vel mercedis, reſpõdeat operi quãlibet bono. quid ſi ad hu-

ius tēporis calamitatē pertigiſſet? vbi(vt ampliorē otiandi caperent licentiam)quidam ab his vocibus, merces,meritū,ſatiſfactio vel pręmiū,abhorrere cœperunt,cū vix horā quis leget in canonicis ſcripturis, quin eam vocem offendat .hinc illud Matthæi, Matth.5. Merces veſtra multa eſt ī cœlis. & alibi, Voca operarios,& redde illis mercedē:dignus eſt quippe operarius mercede ſua: quā teſtante quoq; Paulo,ſecūdū ſuū laborem vnusquiſq; recipiet. quin & ſeipſū domin⁹ deus,Abrahę mercedē cōſtituit,dicens:Ego merces tua magna nimis, cuiq; vt fiduciā adderet, incautūq; pręriperet timorē,pręmiſit, Noli timere. cūmq; mercedis nomē eius obreperet aurib⁹,Abrāham cōcepta fiducia ſubiunxit,Domine quid dabis mihi? non diffidebat de merito qui mercedis qualitatē inquirit,huius etiam mercedis ſpe plorantē Rachel ſolatur domin⁹ per prophetā,dicens :Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis:quia eſt merces operi tuo.& id genus alia,quę efficaciſſime oſtendunt hanc vocem, merces, à chriſtiano ſuſcipiendam , quin obuijs (vt aiunt) vlnis nobis amplectendam, quæ boni & veri nuntij eſt delatrix. ſed quia vis non eſt in vocabulo,neq; eſt cur de voce quęſtio fiat, quū de re ipſa conuenit, rem ipſam aggrediamur.

Matth.20. Luc.10. 1 Cor.3. Gen.15. Hie.31.

QVADRIFARIAM OPERA SVNT DISSECTA.

QVia de operum merito, & meriti efficacia, creber ſermo à nobis repetendus eſt,neque omniū operū vna eſt ratio habenda , cum

multiplex & ęquiuoca ſit in ſacra ſcriptura, operũ ratio:necubi lector in decurſu lectionis hæreat,duę ſunt hic nobis dictiones ſeu voces exponēdę: opus ſcilicet,& meritum.

Sunt igitur à theologis(ſacra id fundante ſcriptura) mortalium opera,quadrifariam diſſecta:quędam enĩ ſunt mala ſuapte natura letalia, & animę mortem inferentia,quare & mortifera à theologis nuncupantur. nimirum quia animæ vitam interimunt, dicente domino: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. quorũ etiam operũ malorũ quędam ideo mala ſunt,quia prohibita:vt antiquę legis opera poſt ſufficientē euãgelij diuulgationem: quibus extirpãdis toto epiſtolę ad Galat.proceſſu,deſudat apoſtol⁹,cõteſtans ꝙ nõ iuſtificetur homo ex operibus legis adimpletis, eóſq; à gratia excidiſſe, qui huiuſce legis Moſaicæ operib⁹ iuſtificari contendebant. de quib⁹ quidē operibus olim diſſeruimus in tractatu illo quē regi Romanorũ ſereniſſimo obtulimus, ſuper cenſura cuiuſdã libelli à ſua maieſtate nobis p cubiculariũ ſuũ Dominũ Martinũ à Guzman oblati, cui Statera prudentũ, titulus erat.quædã verò nõ ideo ſunt mala quia prohibita,ſed ideo ꝓhibita quia mala, vt quę cõtra decalogi pręcepta.

Mortifera.

Ezech. 18.

Aliũ autor ſcripſit tractatum.

SEcundum genus operũ eſt eorũ quę ſua quidem natura bona ſunt, ſed quia à ſubiecto nõ bono profecta,mali rationem ſuperinducunt: ea ſunt opera illa bona,quę peccator quiſq; tēpore,quo non ſibi cũ deo bene conuenit,operatur.& hęc dicuntur metaphoricè mortua, ſic dicta, quia quēadmodũ

Mortua.

mortuũ non obeſt, ſed neq; prodeſt :ita hæc opera non cedunt operanti in ſalutem, ſed neq; etiam in damnationem : vt ſunt opera bona infidelium, & eorum qui mortali noxia ſunt obuoluti:qualia ſunt, eleemoſynæ,oblatio, pauperi ſubuentio ,veneratio parentum, & ſimilia : quæ omnia homini correctæ voluntatis cedunt in bonum, ſúntque animæ frugi. Eſt & hæc metaphora tracta è ſacris: ſiquidem mortua vocat apoſtolus opera illa infructuoſa quę à peccatorib⁹ proficiſcuntur,dum pluribus in locis reſurgendum ab operibus mortuis, infructuoſiſq; non communicandum nos admonet. ratio etiam ſuadet vt qui mortuus eſt peccato, viuas non poſſit producere operationes. Eph. 5. Libr. 6.

SVnt & alia quędam opera quę homo deo gratus operatur, quęq; eo à iuſtitia & gratia excidente, marcida & mortificata efficiuntur, quia ſine virore & nitore incluſum retinent radice ſuccum, vero iuſtitię ſole radij ſui ſplendorem ab eis pro tẽpore auertẽte :Si auerterit ſe (ĩquit ꝑ prophetã domin⁹) iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius quas fecerat,nõ recordabuntur. vides ibi quàm ſint marcidę & mortificatę pręteritę omnes iuſtitię,eędémq;,homine ab iniquitate reſiliẽte, viuificabuntur, eodem ibidem teſtante propheta: Si impius(inquit)egerit pœnitentiã ab omnib⁹ peccatis ſuis quę operatus eſt &c. omnium iniquitatũ eius quas operatus eſt non recordabor. deliteſcunt ergo pręterita delicta reſipiſcenti, non ſecus atq; opera ipſa bona deciderant delinquenti. quamobrem nõ ĩconſulto à theologis mortificata ſũt dicta, Mortificata. Ezech. 18.

quemadmodũ enim radix vel ſemen hyemis tẽpore ſub terra latẽs mortificatũ dicitur, quod nõ niſi adueniente veris calore reuiuiſcit, ſic opera illa quæ vtilia erant & frugi, homini iuſto, quæque frigida eo delinquente, & marcida ſunt effecta, iubente pòſt miſericordiarum patre, ſtolam primam reddi filio reddunt & ea fructũ illũ primũ ſuo ſemini innatũ.

MERITORIA.

EST & aliud operũ genus, dicerem potius idẽ ab emẽdato vel mũdo ſubiecto & deo grato, ꝑfectorũ, queꝗ homo puro corde & fide nõ ficta deo opt. max. offert, vt bene placeat ei cui ſe probauit, quę à theologis viua & meritoria nũcupãtur, ea ſanè ſũt circa quę tota noſtra deuoluitur cõcertatio, eorũꝗ dogma (quib⁹ cũ mihi agẽdũ eſt) verſatur. Opera igitur iſta à philoſophis qui de morib⁹ hominũ ſcripſerũt, moralia (quaſi mores concernẽtia) appellantur, quę dũ debitis fuerint circunſtãtijs comitata, nedũ bona moraliter, verum & perfecta (quaſi ad verã ꝑfectionẽ ducentia) dicũtur. ſin vero minus, mala vel ſaltem imperfecta iudicantur. qualia ſunt ea quæ ſuprà cõmemorauimus, ieiuniorũ. ſ. eleemoſynaru, obſecrationum, ſubuentionum, & id genus. quæ quãuis à philoſophis (qui ſolum de rerum naturis diſceptare norunt) bona tantum & moralia vt pote naturæ rationalis moribus conſona, cenſeantur: à theologis tamen (altiore lumine perluſtratis, altiorémque his operibus finem intendentibus) nedum bona & naturæ conſona, verũ etiam præmij ęterni apud deũ meritoria aſſeruntur:

ea eſt maxima diuinę clemẽtię bonitas atq; largitas.

¶Huius aſſertionis veritas,etſi ex multis ſacrę paginæ locis(cum theologorum omnium vſq; in pręſentem diem conſenſu) manifeſta habeatur: ea tamen nunc diui Pauli authoritate roborata liquido oſtenditur.huic ſiquidem vni plurimũ deferũt Lutherani omnes,quem nũq̄ non ſuis libris & dictis obſtrepũt, à cuius vera tamen doctrina tantũ diſcrepant,quantum ab eius moribus,vita,& ordine iam pridem deuiare cœperunt. quod vt omnibus innoteſcat, hunc nobis Paulũ, in bello contra iſtos ſuſcepto delegimus in ducẽ & anteſignanũ, vt ille eis aperto Marte negotium faceſſat,quem ipſi clanculo per angulos & vetularum domos indocti vulgi auribus inſulſe ſemper inculcant. videbis in artibus illis fabrorum, calcificum,& mechanicorum,mulierculas ſuum garrire Paulum,haud ſecus quàm in ſylua picę,aut ſturni in cauea,edentatas vetulas ſuũ crepitare Matthæum,rudes & indigeſtas blaterantes ſententias, deus bone,ſi audires quàm ſint ſæpe longe à ſcopo ſentẽtiæ,quam illę ſua ipſę battologia prętendũt:vt non raro euenire ſolet ijs qui artificis cuiuſpiam opus ſine ipſius opificij arte,elicere contẽdunt:qui dũ Apellem intendebant,Ruthubam vix producunt.

Digreſſio.

Vetulæ Lutheranorũ obblaterant Paulo.

¶Mirabile profecto gentis ingenium, vt ea quę doctiſſimis quibuſq;,longo quoq; tempore in re literaria verſatis, quæ vel multa lucubratione vix p̄ nubilum innoteſcunt, iſtis adeo clara, manifeſta,atq; intellectu facilia,videantur,vt paſſim vetularũ,rudiſq; vulgi ac planè pedarij manibus contrectanda non vereantur.Animaduertente in eos diui Petri ſententia,quæ ait,eſſe quędam in epiſtolis Pauli, intellectu

2.Pétre.3.

difficilia, quæ indocti & inſtabiles deprauãt ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuã ipſorũ perditionem. vnde ergo iſtis tam apertæ viſæ ſunt & intellectu faciles Pauli epiſtolæ, quas apoſtolus Petrus intellectu difficiles iudicat, vt muliercularũ iudicio ſic lacerandas committant? legebat tamen eunuchus ille Candaces reginę præpoſitus, qui interrogatus à Philippo an quę legebat intelligeret, ſe nõ poſſe ſine interprete reſpõdit. Et quõ (inquit) poſſũ ſi nõ aliquis oſtenderet mihi? & quod grauius eſt, tam eſt ſuæ ſententiæ addictum huiuſce promiſcui generis vulgus, vt nullam omnino admittant vel intellectus correctionem, vel ſui erroris cenſuram. quin & ſi quis, charitatis affectu, eis ſe monitorem prębeat, hei quantis ſibilis, cachinnis, lœdorijs, arcetur, propulſatur, & ab his repellitur? ſerpentulos quoſdam dices ſuum efflantes venenulum.

A DIVO PAVLO DICENDORVM FVNDAMENTVM

ITaq; vt ad punctum vnde exiliuimus redeamus, quæ de operum bonorum merito dicimus, diui Pauli (quem in dicendorum baſim & fundamentum iecimus) autoritate roboremus, qui dum Galatis ſcribens mortuæ legis opera, eis iam mortifera exprobraſſet, ne errore decepti Galatæ putarent ſe immunes ab omni opere bono & exemptos, occaſione ſumpta ex illis apoſtoli verbis quibus ad fidem iam
Gal. 6. pridẽ ſuſceptam, eos (ſpretis paternæ legis operibus) aduocabat, adiunxit: Nolite errare, deus enim non irridetur: quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. id eſt dictu, non erretis cogitantes vos meis dictis ab

omni opere eſſe abſolutos, vt ſola fide contenti (quã hic ſolam videor cõmendare) opera omnia negligatis, otióq; perinde incipiatis vacare: hoc nimirũ eſſet, deum irridere. Porrò ſcitote quòd niſi ſeminaueritis, nõ metetis: atq; ea dumtaxat vos meſſuros exiſtimate, quæ opportuno tempore terræ producenda commiſeritis. Quòd autem de operum bonorum merito, ibidem apoſtolus loquatur, liquet ex his quæ ſubdit, bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes. audis bonorum operum præmium, & mercedem indefectibilẽ. Bonũ (inquit) facientes non deficiamus. ecce opera bona nobis commiſſa: quid autẽ his nobis promoueamus, addit, tempore ſiquidem ſuo metem9 nõ deficiẽtes. Quod vt altius eorũ mentibus infigeret, quibus ſcribebat apoſtolus, ſubiunxit, Ergo dũ temp9 habem9 operemur bonũ. Potuit ne clarius & expreſſius apoſtolus iſtorum errorem elidere qui opera bona mortalibus diſſuadent, atq; ijs factis, meritum omne denegant? iudicet prudens ac pius lector. fide quippe acceditur ad deum, dilectione vero ei coniũgimur, at bonis ipſis operibus in tali dilectione roboramur. Cognito quid per hanc vocem, opus, intelligamus, quotuplici etiam diſcrimine ſecta ſint opera humana, ſeu quæ ab hominibus qui mentis cõpotes ſunt, proficiſcuntur, reſtat nunc alterã exponere dictionẽ vel vocem, meritum ſcilicet, à qua totius huius belli initium & occaſio ſumpta eſt. Eſt igitur meritũ (vt theologi deſcribunt) actio qua aliquid efficitur debitum bene operanti, iuxta id quod ſcriptum eſt, miſericordia faciet locum vnicuiq; ſecundum meritum operum ſuorum.

Ibidem.

Ibidem.

Quid dicatur meritũ.

Eccleſia. 16.

DVPLEX MERITVM.

CVm duplici de cauſa aliquid dicatur debitum, par eſt vt etiam duplici ratione aliquid dicatur meritum. quia vel eſt debitum obligatione & debito iuſtitiæ, ita quòd iuſtitia id creditori vel merenti reddi iubet, & actio qua talis contrahitur obligatio, vocatur meritoria ex condigno, à qua & conſurgit meritum è condigno, ſic dictũ, quia æquali penſione vel ratione, par pari refertur, iuſtitia id exigente, vt ęqualiras iuſtæ æſtimationis ſit inter laborẽ & mercedẽ. Vel illud quod reddendum eſt, eſt quidem debitum, ſed debito tantum honeſtatis, ſeu liberalitatis, nunquam non liberalem, ad virtutis opus inclinantis. & huic debito correſpondet meritum è congruo, ſeu congruitatis, ſeu liberalitatis (ne ſit vis in voce) dum id congruere, ſeu liberalẽ decere intelligimus. Atque pro ampliore huius doctrinæ ſatiſfactione, vnde meriti vel ſatiſfactionis ratio inſurgat, aperiamus.

VNDE MERITI RATIO INSVRGAT.

NOtandum igitur, triplici ex cauſa operi humano meritum tribui (ſuppoſita ſemper dei ordinatione & gratia à qua omne bonum).
1. Quia vel ratione adfectus cum quouis paruo vel nullo opere externo, vt in vetula duo mittente æra minuta in gazophylacio, & in latrone concrucifixo.
2. Secũdo, ratione obſequij vel obedientiæ, qua ſe iuſſis, placitiſque committit mandatis, ſaluatore noſtro dicente, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Qua etiam obeditione dei amicitiam promerẽtur, qui au-

diunt: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio
vobis. Et ne hac merendi ratione, quę potiſſima eſt Ioan. 15.
in carne agentibus, careremus, nobis amplũ campũ,
quo huiuſmodi ludo exercitaremur, Chriſtus euan-
gelio reliquit, dicens: Qui vos audit, me audit: & qui
vos ſpernit, me ſpernit. Tertio, ratione ipſius operis 3.
honeſti vtrique prædictorum vel eorum alteri ſeor-
ſum cõiuncti, vt cum iuxta Apoſtoli doctrinam, rati-
onabile eſt obſequium noſtrum. Quod fit dum nos-
ipſos ieiunijs, vigilijs, & abſtinentijs, hoſtiam viuẽ-
tẽ deóque placentem, exhibemus. Quibus ob meritũ Luc. 22.
dicitur, vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tribula-
tionibus meis, & ego diſpono vobis & c.

AN BENE OPERANTI DETVR GLORIA EX CONDIGNO VEL E CONGRVO.

SEd quum inter theologos doctores, diuturna
hęc verſetur controuerſia, an ſcilicet gloria de-
beatur operi bono, gratiæ dono ſuffulto, ex ope
ris cõdignitate ęqualíq; mercedis pẽſione, vt ſcilicet
tantum gloriæ tanto labori & merito reſpondeat: an
ex ſola congruitate ſeu donantis liberalitate, nullo
ad laboris æqualitatem habito reſpectu, cui ſen-
tentiæ Lutherani, pro parte ſubſcribunt, aliquot
ſacræ ſcripturæ autoritatibus nixi, vt eſt illa, Non Ro. 8.
ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram
gloriam quæ reuelabitur in nobis. & infra, Non eſt Ro. 9.
(inquit) volentis neque currentis, ſed dei miſerẽtis.
de his vel modicum quid dicamus: hanc ſiquidem
aſſertionem ratione etiam ſuadere nituntur aſſerto- Ratio ſuaſo.
res, ex præfatis ſcripturæ locis conflata, quam ſic

deducunt: vires iuſtitia non exercet in his quæ nulla ratione ęquari poſſunt, cuiuſmodi eſt operũ noſtrorũ valor cum ipſo gloriæ valore infinito, cui vndique improportionata ſunt omnia quę ab humano profi- ciſcuntur armariolo, quando ea quoque fecerimus, quæ diuino vrgente mandato, prætergredi minime licet, Chriſti ad hoc inſtructi cautione, qui ait, Quũ fe- ceritis hæc õnia, dicite, ſerui inutiles ſum⁹, quod de- buimus facere, fecimus. Ad hanc quoque tuendam poſitionem nonnullos Diui Pauli citant locos. vt eſt
Ro. tertio. id, Arbitramur hominẽ iuſtificari ꝑ fidẽ ſinę operib⁹ legis. & id, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. quòd ſi ex gratia, iam non ex debito aut ex operibus. Atq; pro totius ſuæ aſſertionis robore hanc pro colopho-
Romano. 10 ne inducunt, Hoc eſt verbum quod prędicamus, quia ſi confitearis ore tuo dominum Ieſum, & corde tuo credideris quòd deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſal- uus eris. modo cũ apoſtolus tũ hic tũ etiam epiſtola ad Galat. omnib⁹ (vt aiunt) neruis contendit hominẽ non iuſtificari operib⁹ ſed fide, non videtur ꝙ gloria homini à deo pręſtanda, operum metiatur amuſſi: eo
Altera cor roboratio. potiſſimũ, quòd deum nemo conſtituere debitorem poteſt: conſtitueret autẽ, ſi ad operis ſui condignitatẽ merces à deo retribuenda eſſet homini, ita vt tantum tanto librandum eſſet.

Adiungunt & ijs alios ſacræ ſcripturæ locos, qui mi- nus propoſito pertinentes videntur, vt eſt illud Eſaię,
Eſai. 64. Quaſi pãnus menſtruatę vniuerſę iuſtitie noſtræ. & illud, Non quòd ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid ex nobis &c. Ecce habes eorum rationes, & ſcripturæ locos, quos in ſuę aſſertionis munimen & defenſam adducunt & citant iſti.

Iam nũc alteram partem (quę de condignitate operis concertat) audire lubet: ea eſt quæ aſtruit, gloriam operanti deberi ex iuſtitiæ condignitate, ita vt inter meritum & mercedem æqua ſit proportio, vt iuxta merentium & meritorum qualitates, diuerſæ ſint in domo cæleſti manſiones, vt vnicuiq; ſecundum laborem proprium, ſua deueniat ſedes vel manſio in meriti pręmium & mercedem.

Quę quidem opinio, non modo vera, verum etiam multum fidei catholicę conſona viſa eſt. quãobrem eam hic aſtruere intẽdimus, quę attente inueſtigata multum huic operi afferet lucis.

OPERVM NOSTRORVM DVPLEX PRINCIPIVM.

SVnt igitur opera noſtra, duplici conſideratione rimanda: quia vel vt procedunt à libero arbitrio, ſecluſo gratiæ dono (quã habitualem vocant) & ſic opera à nobis profecta dicuntur proprie noſtra opera, eo ꝙ per liberum arbitriũ homo ſuarũ eſt dominus operationũ. hac nimirũ libertate, brutis in operando, antecellit homo. Et ſi de operibus iſto modo à nobis profectis, ſit ſermo: fatemur omnia opera noſta infirma, & ad tantam gloriæ excellentiã improportionata, neque his tali modo à nobis profectis, opinamur nos poſſe gloriã mereri. cum enim ſint naturæ opera, in ea dũtaxat poſſunt, quæ naturę conſona ſunt & proportionata. modo cum gloria & gratia naturæ vires excedant, nulla eſt nobis dubitatio, quo minus ad hæc conſequenda, opera noſtra inualida ſint & inefficacia, etiã quãdo fragrãtiſſima

Ro. 8 ſint & acerrima, vt bene inducta è Paulo authoritas
probat qua dicit, nō ſunt cōdignę paſſiones &c. quod
1. Cor. 13. dictum alibi quoq; confirmat, Si tradidero, inquiens,
corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non
habeam, nihil mihi prodeſt. proderit ergo charitatē
habenti, quod citra charitatem factum in nullū cedit
operantis meritum, diligentibus ſiquidem deum om-
Ro. 8 nia cooperantur in bonum. neq; ideo ſunt continuo
huiuſce opera vitio danda, vt indocti iudicant, & Lu-
therus perperam aſſeruit, quia non his meremur: ſūt
enī, ſi alię adſint circunſtantię, à philoſophis iudicata
moraliter bona, id eſt, prout mores tantū concernūt
humanos: alioqui miſerrimū omniū animantiū eſſet
homo, qui ſuapte natura non poſſit niſi in peccatum.
quod abſurdum videtur vt quis affirmet. Sed ꝙ inef-
ficacia ſint vt diximus, & ad tantū finem impropor-
tionata: quam quidem improportionem trahunt tū
ex infinito naturæ interuallo ad ipſam diuinam &
ineffabilem dei naturam, quæ creaturæ captum in
immenſum excedit, tum etiam ex infirmitate per pec
catum contracta, quæ creaturam ipſam, (peccati vul-
nere ſauciatā) infirmā ad tātum lumē, & impotētem
reddidit, vt ſacræ paginæ locis pluribus liquido de-
monſtratur.

¶Poſſunt & alio modo opera noſtra penſari, non vt
noſtra ſint tantum, ſed vt dei ſimul ſint & noſtra, vt
procedūt ſcilicet à ſubiecto libero gratię dono ſufful-
to & perluſtrato. & iſto modo non ſolū bona ſunt &
honeſta, quin & vitæ æternę è condigno meritoria
cenſentur à theologis, vt quæ per naturam conſequi
minime valemus gratiæ auxilijs ſubuecti, ea nos
certo adepturos fidamus. quod alto ſpiritu noſcens

apoſtolus dum de operibus multis & laboribus, pro Chriſto ſuſceptis, ſancte gloriaretur, Abundanti⁹, in- 1.Cor.15.
quit, omnibus laboraui, non ego, ſed gratia dei mecũ. vbi & ſe laboraſſe affirmat, paritérque dei gratiam ſecum laboraſſe teſtatur. ne ſe à merito excludat, qui ſanctis laboribus, gratiæ dei auxilium interuenire cognoſcit, ſine cui⁹ ope nil promouiſſet agendo, non (inquit) ego, ſed gratia dei mecum, vt vtriq; tribuat, quod neutrum ſine alterius adminiculo valet. Quo quidem modo penſatis operibus noſtris, inter eorũ meritum & pręmiũ, iuſtitiæ æqualitas intercedit, eo modo quo iuſtitia à philoſopho 5. Ethic. deſcribitur poſſe inter patrẽ & filiũ reperiri. ita ꝙ opus procedẽs ab operante gratia perluſtrato, eſt tantæ æſtimatio- nis, quantæ eſt gloria ipſa, ſibi correſpõdens, vt vere dici poſſit meritum è condigno. cuius ſanè operis meritorij, potior pars eſt à ſpiritu ſancto, per ſuæ gratię donũ ad hoc creaturã mouẽte. Et quanq̃ õnia creaturę opera, ſint à deo tanq̃ à primo motore (quẽ Occur ritur dubio.
admodũ & creatura ipſa) iuxta id, Omnia opera no- ſtra operat⁹ es in nobis domine, tamen virtutis op⁹ Eſa 26.
(potiſſimum meritoriæ) dicitur peculiariter à deo, tum quia dono quodã ſpeciali cũ homine concurrit, tum etiã quia natura ipſa ſine tali dono adfecta, nõ niſi ad ea quę naturę ſũt, valet. (nihil enim vltra for- tis ſuæ vires operatur) porrò leo non poteſt ea quæ Analogia
homo, neque homo ea quæ angelus &c. niſi aliquod iuuamẽ à ſuperiore cauſa illabatur inferiori, quo ad ſuperni opus poſſit inferius, & cum iſtud donum ſeu Quid ſit gentis Iuſtificatio
iuuamen gratis à deo detur, hinc dicimur gratis ſal- uari & iuſtificari. prima ſiquidẽ gratia ſub merito eã recipientis cadere non poteſt. ¶Fuit etiam ſũmæ

bonitatis diuinæ vt ſic liberaliter cũ creatura libera ageret,eius opera bona acceptando per meritum ad vitam ęternam, quemadmodũ & mala per demeritũ ad mortẽ perpetuam. Quod ipſe deus optimus maximus ab exordio mundi vitã ingreſſis (æterni monimenti verbis) notum facere cœpit, dum omnium libere agentium animos, de operis ſui mercede cer-

Geneſis. 4. tiores,in vno Cain,reddere voluit,dicens: Si bene egeris recipies,(quam ſententiam nos infra latius explicabimus)ſat ſit nunc noſſe, ſic deũ ſtatuiſſe, ſic etiam(ab ipſis mundi incunabulis) propalaſſe, vt ex bene factis homo mercedis ſpem concipiat:ex male vero perpetratis,luendi pœnas,ſibi perſuaſum habeat.neq; enim imbecilliores ſunt miſericordiæ vires pro meritis ad ſaluandũ,quàm ſint iuſtitię nerui pro demeritis ad condemnandum, quod noſtri tractatus

Diluit obiectum. decurſus, manifeſtum legentibus reddet. Neq; ideo putes deum tibi obnoxiũ aut obligatum, ſed ſibijpſi potius,qui ſtare debet promiſſis. decet nempe ſuam bonitatem tenere quod ſua diſpoſuit ſapientia, hoc nimirum modo deum ſibijpſi deuinctum fatemur vt quod ſemel ſtatuit, ſententia teneat irreuocabili, teſtante apoſtolo,qui ait: Sine pœnitentia ſũt dona & vocatio dei.qui ergo ab exordio mundi decreto conſtituit, vt qui bene ageret,ſuę bonę actionis compẽſam reciperet,ſuę ſanctioni vt ſtet,par & ęquum eſt. cuius verbi veritas permanet in æternum saluis(intelligimus ſemper)pacti conditionibus. Vos(inquit

Dilucidatio per obiectionem. Chriſt⁹) amici mei eſtis,ſi feceritis tamen quę pręcipio vobis. Occurritur autem nobis & quidem à doctis & eruditis quęrentibus,ſatis ne conſtanter agere videamur,qui cũ aſſeruerimus operibus bonis ab

homine deo grato profectis mercedem & præmium ex æquali operis penſione deberi,ęquá'q; iuſtitię cõdignitate penſari,nunc ſũmæ id bonitati tribuamus, dum totum diuinæ ordinationi,qua voluit opera hęc accepta habere & digna præmio æterno iudicare,acceptũ ferimus & tribuimus, vt non aliter his quàm velut inſtrumentis mortuis,vitam nobis pararemus æternam. Siquidem ex acceptantis gratia & voluntate, meritoria ſunt iſta opera . iam non ex natura operis,meritum ipſum efficaciam habebit (quod & opinio altera ſuadebat. ſic ſanè diuus Paulus argumentatur, ꝙ ſi ex gratia,iam non ex operibus. Ro. 11. Huic obiectioni,quę mea quidem ſententia rei ſcopũ tangit,hoc modo ſatiſfaciendum erit, vt dicamus nihil Reſpondet obiecto. meriti eſſe in opere quocunq;, niſi ex mera dei ordinatione,tale opus ad vitam æternam dirigente & ex nobis acceptum ferente.At non continuo cenſendũ eſt non ſuapte natura meritorium,quod naturæ autor & conditor libere ſtatuit & ad ſuum beneplacitũ ſic pro libito diſpoſuit & ordinauit. quin ea eſt rei cuiuſque natura,quam naturæ conditor cuiuis rei libere indidit & inſeruit .quare potius videtur ex hac ratione, noſtrum ſequi deductum,q̃ eius oppoſitum ab aduerſante illatum . Si enim naturæ conditor ſic ſua ſanctione ſtabiliuit,vt opꝰ à virtutis ſtudio profectum,meriti rationem indueret,ea erit eius natura etiam ſi hanc libere & gratis à naturæ inſtitutore acceperit . quamobrem intelligenti perſpicuum erit, nil naturæ operis abrogatum, quando id totum naturæ autori arrogandum cenſuerimus. Exemplum corroboratiuum. Exemplo pręfata clariora reddamus :indempnè ſanè adoptat quẽ vult in filium & hæredẽ is qui ſui iuris (vt aiunt) eſt.

quippe qui liber eſt, atque ſic adoptatũ eadem iuris licentia teſtamento hæredem conſtituit, quo teſtatoris morte confirmato, is qui gratis & citra omne meritum adoptatus fuerat in filium, iure cogente, admittitur ad hæreditatem, qua ſeruatis pacti conditionibus, priuari nullatenus poteſt. liberum planè fuit hunc in filium adoptare, at non perinde liberum erit hunc ſic gratia adoptatum, teſtamenti hæreditate priuare. debita nempè fruitur hæreditate, qui ad hanc gratuita acceptione fuerat admiſſus. At propoſiti exempli analogiam verte totum de operum merito & meriti efficacia pronũtiatum: intelliges ſiquidẽ deum mere libere ad vitam vocare quos præſcit & prædeſtinat, at ſemel ſic vocatũ & gratia magnificatũ repellere poſſet quidem, ſed non decet ſuã iuſtitiam, nec inepte dixeris iuſtum non poſſe quod eum non decet. quomodo enim iuſte non aget, qui natura iuſtus non eſſe non poteſt? Iuſtus eſt enim, iuſtitiáſq; dilexit, videtq; æquitatem: cui⁹ ſedis correctio, iuſtitia ſunt & iudicium. iuſtificato igitur gratis peccatore per miſericordiã quam præuenientem ſeu operibus cunctis antecedentem vocamus, eíque ad dei amicitiam & ſanctorũ cõmunionem per gratię donum recepto datur, vt ad donum (quod gratis
Augmentũ gratiæ. quidem acceperat) tantus cumulus accedat gratiæ & gloriæ, quanta ad hæc promerenda fuerit in bene operante vis & conatus. dum enim bene vtitur receptis, fit recipiendis dignior. Fítque vt qui gratis ad gratiæ donum admiſſus fuerat, iam non ſic mere gratis talento ſibi credito accumulat, ſed pecuniam menſæ oblatam cum fœnore quod ſua induſtria adauxit recipit, vt pro tanto tantum recipiat, videlicet

quinque pro quinque,iuxta id ſaluatoris, Eſto ſuper quinque ciuitates.ei enim qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, teſtante diuo Paulo, etiam ſi à gratia ipſa operantis opus procedat:quod nemo negare debet. ¶Itaq; pro confeſſo habendum eſt,quòd licet gratiæ donum ad merendum ſit gratuitum & meræ liberalitatis, pręmium tamen quod quis per tale donum meretur,eſt iuſtitiæ ſimul & liberalitatis:liberalitatis quidem antecedenter, iuſtitię vero concomitanter,vt dici ſolet. huius axiomatis veritas,ratione & authoritatibus ſic facile ſuadetur. Luc.19. Ro.4 Axioma.

RATIO SVASORIA.

QVisquis legitime conſtituitur hæres ab eo qui id iure poteſt,iure etiam ſibi debetur hæreditas ſeu legatum per teſtamentum, neq; aliqua gratia fit ei à iudice qui hoc ſibi iubet reddi legatum,quī iniuriam ei faceret ſi non reddi iuberet petenti,ſaluis ſemper pacti conditionibus.ſed homo deo gratus,eſt verus & legitime conſtitutus à deo hęres vitę ęternę,dicēte Apoſtolo,Sum⁹ filij dei:ſi autē filij,& hæredes:hæredes quidē dei, cohæredes autē Chriſti. id quod apoſtolus Iohānes ſua cano.cōfirmat:Videte, inquit, qualem charitatē dedit nobis deus, vt filij dei nominemur & ſimus, (ex quo loco deducta eſt ſupradicti exēpli analogia) charitatis ſiquidem amore & dilectione, adoptati ſumus à deo in filios,at filio hæreditas ipſa iure debetur, vt iuxta gratiam ſibi collatam, legatum ſibi obueniat teſtamento. datur igitur gloria operanti ex operis condignitate,quod erat aſſumptū probandū. Romano.8. 1.Ioan.3.

CORROBORATIO.

ACcedit huic quòd theologi doctores pręſẽ-
tis temporis gratiam cum futuri gloria cõ-
parant, vt ſemen arboris ad fructum vel
ipſam plantam, modo æquale cum ſibi pari æqualis
eſt æſtimationis. nihil ergo gloriæ dignitati deperit
ſi eidem præſentis vitæ gratiam comparemus. com-
paramus autem dum opera à gratiæ ſtudio profecta
eiuſdem eſſe valoris & æſtimationis aſſerimus, cum
ea quam tempore ſuo his iactis ſeminibus gloria, me-
temus non deficientes.

DILVIT OBIECTVM LVTHERANORVM ARGVMENTVM.

NEc mouere quempiam debent verba illa a-
poſtoli veriſſima, quibus ad obeunda tor-
menta, futuros Chriſti paſſionis comites
ne id reformident, aduocat, ea momentanea & labẽ-
tia dicens, neque digna vt cum futura illa gloria
Ro.8. ſuo tempore reuelanda cõparentur: Non ſũt, inquit,
condignę paſſiones huius temporis ad futuram glo-
riam quæ reuelabitur in nobis. non enim rem rei æ-
quamus dum granum dicimus valere quam virtute
continet ſpicam, ſed rei virtutem ſuo conferimꝰ fru-
ctui, quando ſemini plantam & ſpicam grano, virtu-
te æquari aſſerimus. paſſiones ſiquidem huiꝰ tẽporis
improportionabiles ſunt: & infinito interuallo à glo-
ria illa ſuapte natura & ſubſtantia diſtantes. at eędẽ
gratia iſta circũfuſæ qua dei manũ ad ſe trahũt, vt
ſimul dei & hominis opus illud ſit, reddunt athletã

Chriſti ei tali opere compatientẽ, hæredem quidem
dei,cohæredẽ autẽ Chriſti,cui ſic affectꝰ compatitur
vt conglorificetur, etiam ſi Lutheranis doctrina hęc
moleſta ſit. ¶Plures etiam res naturæ bonitate ſunt   Pulchra analogia.
diſpares, quę tamen valoris exiſtimatione cõparan-
tur. non enim eiuſdem eſt bonitatis æs vel argentũ
cũ equo vel homine,quę tamen eiuſdem valoris exi-
ſtimantur,dũ pecunia emitur equus vel etiam ſeruus.
¶.Et ne iſti putent nos ea quæ de operibus noſtris   Opus dei.
abſq; dei ſpeciali concurſu,& quæ etiam dei & noſtri
aſſeruimꝰ, confingere vel ſomniare,à ſacris deducta
litteris oſtẽdemꝰ.ſunt ſiquidem opera quædam quæ
niſi ſoli deo competere poſſunt, vt creatio,vocatio,
gratię infuſio, & id genꝰ, propheta dicente, Opera   Pſ.101.
manuũ tuarũ ſunt cæli.de vocatione vero ,apoſtolꝰ,
Non eſt,inquit,volentis neq; currentis,ſed dei miſe-   Ro.9.
rentis.de gratiæ autem collatione,gratiam & gloriã   Pſ.83
dabit dominus,ait propheta . ¶Quædam vero ſunt   Opus hominis.
quę hominis tantum opera dicuntur,ea ſunt quę ci-
tra dei voluntatem liberi arbitrij natura ductus ope-
ratur,& ſunt peccata ad quæ deus niſi cõmuni con-
curſu,quo etiã beſtijs cooperatur concurrit:libere ta
men,quia cũ creatura libera ſcilicet rationali.de qui-
bꝰ idẽ propheta,Non loquatur os meũ opera homi-
num.& alibi,In operibus manuum ſuarum compre-   Pſ.9.
henſus eſt peccator.corroborat & confirmat vtrum-
que dictũ propheta, dicens : Perditio tua Iſrael,ecce   Oſee.13.
opus hominis tantum,tantummodo in me auxilium
tuum.ecce dei opus tantum per gratiam pręuenien-
tem liberi arbitrij motionem. ¶Eſt & tertium operũ   Opus dei & hominis
genus,quod nec à deo ſolo,nec â ſola etiam creatura
proficiſci poteſt,ſed ab vtroq; ſimul. de quo Paulus

1.Cor.3 Dei enim ſum⁹ adiutores.cuiuſmodi ſunt opera iſta meritoria, de quibus ſermo noſter tractat. quæ etſi opera quidem ſint externa, diuini numinis tamen
2. Cor.10. flatum in ſe recipiunt, dum ab eo qui etſi in carne ambulet, non ſecundum carnē operatur & militat, ſed
Ro.8 ſpiritu carnis opera mortificat, eliciuntur. ad huiuſce opera implenda nunq̄ non clamat eccleſia cum propheta dicens: Deus in adiutorium meum intende do-
Pſ. 69, mine ad adiuuandum me feſtina, certa quòd ſine eo
Io. 15 nihil poteſt facere. ipſe enim ſpirit⁹ adiuuat infirmi-
Ro. 8. tatē noſtram, inquit diuus Paulus. qui igitur adiuuatur & operatur ipſe, & cooperatur adiuuanti, cuius etiam adiutorium expectabat qui clamabat, domine adiuua incredulitatem meam: quo adiutorio ſuffulſ-
Math. 9. tus propheta, de æterna ſalute conſequenda nō dubi-
tabat, cum dicebat, adiuua me & ſaluus ero. ſuaſum
Pſ. 118 ergo habemus, diſtinctionem illam operum, dei ſolius, hominis ſolius, ac dei & hominis ſimul, non fictā aut commentatam à nobis fuiſſe, dum è ſacræ paginæ viſceribus extractam oſtendimus.

PROBAT E SACRIS DARI MERITVM E CONDIGNO.

SCripturæ etiam ſacræ præfatę huic ſententię adſtipulantur, reprehenſis ſiquidem Paulus, Corinthijs, eorum ſanctitatem iactantibus à quib⁹ fuerant Chriſto regenerati, ne inani hac ducerentur fiducia, dicentes, ego quidē Pauli, ego autem Apollo: eos vetat, quin & acriter arguit: dicens, vnus quiſq; propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem, dei enī ſum⁹ adiutores: vbi ſingula verborū

momenta librare oportet.mercedem namq; propriā, atq; proprio reſpondere labori, aſſeuerat apoſtolus, ſecundum ſuum,inquit, laborē. inſuper & quod ſubſequitur, dei enim ſumus adiutores ſiue cooperatores: συνεργὸς enim græce cooperatorem ſignificat. Vbi clare confirmatur quod de opere dei & hominis ſimul aſtruximus, & tamen labor hic,noſter dicitur, propter meritum,etſi dei ſimul ſit & noſter:quia noſtrę actioni & conatui reſpondebit præmium ipſum & nō dei actioni,quia ſibi nō meretur deus.ſi igitur ſecundum laborem erit & merces,eſt ergo proportio laboris ad mercedem, & mercedis ad laborem:quod ſuadere nitebamur. Vbi igitur magis de labore,abundantius etiā de mercede. ¶Quod dictum prudenter idem apoſtolus nobis alio in loco corroborat,dicens: Bonum certamen certaui, curſum conſūmaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. vidéſne iuſtitię coronam deberi certanti bonum certamen?ſi quidem vobis Lutheranis crederetur, condemnandus eſſet hic apoſtolus,qui iuſtitiæ coronam appellat,quā miſericordiæ debuiſſet vocare. ſed quidem eſt miſericordiæ præuenientis p gratiam iuxta id: Miſericordia eius præueniet me & iuſtitiæ ſubſequentis vel comitantis per meritum iuſti operis iuxta id: Iuſtitia apparebo conſpectui tuo. & ne cui dubitandi locum relinquat,quo quis diceret: ſi bonum certamen certaſti,quod debuiſti facere feciſti: & fateri te potius ſeruum inutilem iuxta domini ſententiā,debuiſſes,quàm ſic gloriari de bono certamine,& exultare de repoſita in futuro ſeculo tibi corona.ideo ſubiunxit,quam reddet(inquit)mihi dominus in illa die iuſtus iudex. quaſi diceret,non eſt cur de corona

Iactat meritum Apoſtolus. 2. Tim. 4

Pſ. 58.

Pſ. 15.

Occurritur dubitationi.

dubitem,vbi certus ſum de labore bene impenſo,eo quòd iuſtum habeo iudicem:& qui iuſtus eſt, nõ poteſt non iuſte agere: & cum ſecundũ iuſtitiã prẹmiũ legitime certanti debeatur:recte iuſtitię coronã eam appellauerim,à iuſto iudice qui neq; falli neq; fallere poteſt,mihi ſuo tempore reddendam,qui iuſtus eſt & rectum iudicium eius.eſt ergo aliquid in opere bono iuſtitiæ , cui illa iuſtitiæ corona reſpondet,quod erat intentum,& hanc illam eſſe,quam pſaltes ille Dauid ſua illa ſancta pſalmodia non raro interpellat iuſtitiam opinor. Et retribuet (inquit) mihi dominus ſecundũ iuſtitiam meam, & ſecũdũ puritatem manuũ mearum retribuet mihi: quia cuſtodiui vias domini & c.Iuſtitiam & propriam iuſtitiã eam appellat :qui tertio quoque eiuſdem pſalmi verſu idipſum ex affectu repetit,dicens:Et retribuet(inquit)mihi domin⁹ ſecundum iuſtitiam meam , & ſecundum puritatem manuum mearum in conſpectu eius . qui vt ſecũdũ eam iudicium recipiat,deprecatur deũ,dicens:Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam & ſecundum innocentiã meam ſuper me.Memor fortaſſis illius nõ minus antiquę quàm approbatæ ſententiæ Iob dicẽtis: Saluabitur innocens:ſaluabitur autem munditia manuum ſuarum . Porrò ſi nullus apud deum eſſet operum reſpectus , ſi nulla noſtris operibus aſcitur iuſtitia:inanis profecto & vana fuiſſet prophetę ſpes de retributione iuxta ꝓpriam iuſtitiam conſequẽdã: quin etiam caſſum eſſet tota illa Pauli gloria & exultatio de curſu, de certamine , de labore , de fame & ſiti,de multis denique pro Chriſto periculis & tribulationibus ſuſceptis : imò præſumptuoſa vtriuſque iactatio de iuſtitia,quã olim eos peccato intercepiſſe

Pſ.17.

Ibidem.

Pſ.7

Iob.22.

nouimus. Eſt ergo (diuina id clementia diſponente) in operibus humanis nonnihil iuſtitiæ cui pręmium illud iuſte adęquari aſſeruimus. In ſanctitate ergo & iuſtitia coram ipſo & c. Iam vero tertio loco id ſubijciamus quod Paulus ſuadens Corinthijs, facilē in pauperes & egenos bonorum erogationem, ſubnectit, dicens: Qui parce ſeminat, parce & metet. quod dictum nemo non nouit de operibus bonis intelligēdum, quib9 pro Chriſto iactatis vel in pauperes erogatis, merces metitur ad proportionem, dicente ſaluatore: Qui vni ex his calicē dederit aquæ frigidę in nomine meo, amen dico vobis, nō perdet mercedē ſuam. Quemadmodum enim multo ſemini in terram diſperſo multa frugis correſpondere ſolet, domino incrementum dante: ſic multis bonis operibus pro Chriſto effuſis maius præmiū debetur, vt per ſemen opus, & per fructum præmium, intelligamus. Vt ipſemet apoſtolus alio in loco expoſuit, dicens: Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. bonum autem facientes non deficiamus. ecce ſemen, tempore enim ſuo metemus non deficientes. ecce fructus, addiditq; colophonem, dicens: Ergo dum tempus habemus operemur bonum. & audet quis muſſitare, ſola fides cum donantis largitate ſufficit? vere in tenebris palpas, quaſi hæc non maxima doni largitas fuerit, quòd tibi reputetur ad iuſtitiam, quod ex mera donantis largitate confertur: ſiquidē gratis te elegit & vocauit, & gratuito tibi gratiæ donū conceſſit. ſed vt conceſſis vti libere poſſis cum tui ipſius periculo, voluit, vt ſi bene, ad meritum: ſin vero male ad pœnam, tibi perpetuo cedant. Nec huic obſtat ſententiæ, ſeruatoris noſtri dictum: Cum feceritis hæc omnia, dicite,

Luc. 1.

2. Cor. 9.

Matt. 10.

Cur euangelio dicatur quis ſeruus inutilis. ſerui inutiles ſumus:quod debuimus facere fecimus. quia vero hanc ei debet omnis creatura ſubiectionē, vt in omnibus operibus noſtris, ſi nobis vtilitatem, ſoli tamē deo gloriam dem⁹ à quo bona cuncta procedunt. Facienti enim quod debet etſi gratia ob id nō habeatur, præmium tamen debetur. aliud quippe eſt gratiam ſeruo haberi, & aliud mercedem laboranti tribuere. ſeruo ſiquidē, gratia non habetur ob opus, refectio tamē & merces ei operanti, ꝑmiſſa nō negat. Num quia operator fecit quod debuit, mercede carere debet? abſit, quia merces eſt operi tuo (dixit dominus per prophetam) Sed ideo inutilis dicitur, quia nil ex ſe gratię collatæ ſuperogare, quin nec excogitare quidquam poteſt. Non ſumus (inquit apoſtolus) ſufficientes cogitare aliquid ex nobis. ¶ At obijcit Lu- Obi. Luthe. theranus, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, Ti. 3. ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Hoc certe veriſſimum eſt, nec in aliquo cum his quæ diximus pugnat non enim opera noſtra dei filium ad ſaluandos nos è cœlo ad terram traxerunt, ſed per viſcera miſericordię ſuæ viſitauit nos oriens ex alto. Luc. 1. de qua ſaluatione ibi apoſtolus loquitur, vt patet legenti locum illū & intelligenti: quia quicquid Chriſt⁹ ad noſtram redemptionem operatus eſt, gratis fecit. vnde & ibidem ſequitur, qui ſaluos nos fecit per lauacrum Ti. 3. regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtū ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Ecce ſaluationē de qua apoſtolus loquebatur. Vis illam de qua ſermo noſter? ſequitur ibidem, fidelis ſermo: &, de his volo Ibidem. te confirmare vt curent bonis operibus præeſſe qui

credunt deo. celebranda perpetuo ſentẽtia, quę velut rhomphæa Lutheranę ſectę oſſa diſcindit & diſſecat.

¶ Triplex è ſacris ſalus.

Hinc tibi lector, colliges triplicẽ è ſacris dari ſaluationem. Vnam quæ antecedit omnem creaturæ actum, quin & eius creationem: quę diſpoſitiua dicitur, de qua apoſtolus: Elegit nos ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuę. Alia eſt quę p Chriſtũ dei filium incarnatum, paſſum, mortuum & ſuſcitatũ nobis collata eſt: de qua nunc habitus fuit ſermo, & plenę ſunt ſcripturę ſacræ, & de qua in pręfato textu ſequitur: In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum. & hęc dicitur media atque alterius primę executiua. vt ibidem apoſtolus exponit, dicens: inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis & quæ in terra ſunt in ipſo &c. & de iſtis duabus intelliguntur loci illi, quotquot de gratuita ſaluatione loquuntur. vt id: dei enim donum eſt, & non ex operibus. Tertia dicitur completiua: ea eſt quæ per fidem & bona opera complementum dat duabus prędictis, dicente apoſtolo Petro: Fratres ſatagite vt per bona opera certam veſtram vocationẽ & electionem faciatis. ſic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum. Hac habita diſtinctione plurimum lucis ad interpretandos ſcripturæ ſacrę locos, eóſque concordandos habebis. hic ſiquidem eſt lapis offenſionis Lutheranorum, qui huius diſtinctionis expertes, vniformiter de ſalute

Diſpoſitiua. Eph. 1. Exequutiua Ibidem. Eph. 2. Copletiua 2. pet. 1.

ſeu ſaluatione noſtra loquuntur quaſi vnã & eandẽ habeat in omnibus ſacrę ſcripturę locis ſignificationem ſeu acceptionem.

¶ Qui dicendus ſit mercenarius.

VErùm ſubmurmurant Lutherani, mercenariũ eſſe qui ſtipendij alicuius intuitu ſeruit, quod
Iob .14. certe fateri non grauarer, attento quòd ſicut mercenarij dies hominis: & dei amicus Dauid cor
Pſ.118 ſuum inclinauerit ad faciendas iuſtificationes dei ꝓpter retributionem. dignus eſt (inquit Chriſtus) ope-
Luc. 10. rarius mercede ſua. Sed pro ampliore doctrina nota-
Soluit obiectum. re debes, eum dumtaxat mercenarium dici, atque in ſeruorũ numero collocari, qui intuitu tẽporalis vtilitatis, vel metu tantũ pœnę ſeruit: qui non manebit in domo in æternum: qui autem operis ſui mercedẽ, deum ipſum conſtituit, is mercenarius nõ eſt cenſẽ-
Geneſ. 15. dus, ſed filius: ipſo deo dicente ad Abrahã: Ego merces tua magna nimis. ille ergo ſolus mercenari⁹ eſt, qui pro mercede, quæ deus non eſt, ſeruit. quod apoſtolum non latebat, dum in laudem Moyſi appoſuit, reſpiciebat in remunerationem.

¶ Poterat his dictis intellectus non obſtinat⁹ & ſub-
Hebr. 11. uerſus perpendere, quàm ſit noſtra hæc poſitio ſacris literis conſona, atq; perinde vera. verum quia non tam hic expetitur vt noſtra vera probemus, quàm vt aliena falſa reprobemus, ad punctum vnde digreſſi ſumus redeamus, & quâm ſit temeraria hæc dogmatizatio, quámq; chriſtianę religioni aduerſa, ampliore deductione oſtendamus.

¶ Prima perſuaſio.

IAm nunc ratione vobiſcum agere libet:& primũ, ſi teſte euangelio arbor bona fructus malos face- Matt. 7.
re non poteſt, quomodo cenſenda hæc bona erit arbor,à qua tam putres támque corrupti exciderunt & adhuc excidũt fructus? ex hac nempe radice refellendi ſcilicet ab opere bono meritum efficaciam orta eſt in populo iſto totius otij iniquitas,& totius iniquitatis malitia,ſi multa mala docuit otioſitas.prębuiſti ſi- Eccleſia. 33.
quidem populo rudi & inerti torpendi licentiam , ac vagandi anſam incautis obtruſiſti.Cum enim vulgus indoctum audit nihil mercedis præmijve ſuis bonis deberi operibus quantũlibet à gratia fide & charitate profectis, quid reſtat niſi vt de præteritis quidē bonis quę fecit doleat tanquā amiſſis , & in futurum caueat à ſimilibus præſtandis?ſcimus ſiquidem vul- Vulgus pedarium.
gus ipſum pedarium eſſe,& in malorum ſententiam pedibus,vt aiunt, conſuetum ire . Dices , laborabat Occurritur
populus Chriſtianus ignorantia quę neminem iuuat. obiecto.
non refello(quando ſic eam appellare libet)at quędā ſic ignorare vel potius neſcire præſtat,populo potiſſimum nihil moderari ſcienti.num populus ſcit qualiter Chriſtus contineatur ſub ſacramēto,& an angeli ſub talibus ſpeciebus videant eũ, necne?inſtrue ergo eum de ijs vt ſcrutetur maieſtatem & opprima- Prouerb. 25.
tur à gloria.

¶Altera perſuaſio.

NEmo eſt qui ignorat mortalium naturam pronam eſſe ad malum,ac minima reperta occaſione,ea ꝑ muro vti vel ſcuto, quo ſpiritus tela aduerſus carnem pugnantis (ne ad animæ diuiſionē pertingant)ſuſcipiat.Quin & falſę pietatis

Lutherani docent vacare ocio. colorefucata conſcientia,ſanctis reſiſtit inſpirationibus,veri ſe opponit monitis,& aduerſus bonę mētis ſtimulos peruerſi dogmatis opinione, ſuffulta recalcitrat. Fitque vt errore ꝓ lege ſuſcepto torpore deſideat, inertiam ſectetur, corporíſque voluptati, audacter indulgeat. quamobrem à populo Chriſtiano, quin & à toto orbe pellendū hoc pernitioſū dogma cenſemus:quòd otio vacare docent,& à bonis operibus auocant.

¶Corroboratio.

AD hęc,eſto vera ſint quę de inefficacia operum falſo aſſeritis, quis niſi ſtupidus & mente alienatus iudicaret nō ſatius eſſe illis incumbere operibus (quamlibet ad meritum inefficacibus)q̃ naturam ad malum(vt diximꝰ)propēſam otioſam & abſq; omni exercitio incultā relinquere? quę ſic neglecta,vt vrticas,vepres,algas,carduos, & id genus herbas animę nociuas, vitio corrupta producat & vegetet:nimirum oportet eos huius veritatis iudices conſtituo qui bonis olim operibus aſſueti, ab his quacūq; ex cauſa defecerunt,& narrent vobis qualibus exercitijs virtute deſerti vacabant, quum otioſa mens paulo momento huc vel illuc impellebatur.mala ſanè.quæ docuit otium, neſcit occupata natura.at iſti ſatius & tutius ducunt otio vacare, q̃ talibus hoſtijs deum promereri.Quin ſi quē in tēplo vel alio in loco orantem offenderint,miris cachinnis deriſum alijs digito oſtendunt, rogántque deriſorie, quid tibi cū iſto tuo craſſo libro ?quorſum tantus labiorum ſtrepitꝰ? Chriſto hanc battologiam ſuo euāgelio condemnante, qui ait: Orantes autem nolite

Eccleſia. 33.

Math. 6.

multū loqui, ſicut ethnici faciunt: putant enim ꝙ in multiloquio ſuo exaudiantur . Cur ergo teipſum affligis,& circunſtantium interim aures obtundis ? deo tuas preculas irridente,& dicente populus hic la bijs me honorat. Eſai. 29.

ℭConflictatio cum Lutheranis.

Catholici.

QVibus ſic reſpondebamus:quid ſi cor linguā mouet , ne ea mentem præeat orantis ? non enim prohibet prolixe orare qui prolixius orabat: ſed ne multiloquij intuitu putarent ſe impetraturos quod fidei & charitatis meritis aſſequi non valebant.quod patet ex ſubiuncta ratione: Putant (inquit)enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur . alioqui & apoſtolum ipſum qui iugiter orare commonet,condempnabitis.Orantes (inquit) ſine intermiſſione,quoniā & ipſos apoſtolos qui perſeuerantes in oratione erant cum Maria matre Ieſu &c.oportet ergo ſemper orare & non deficere. Luc. 22. Act. 1. 1. Luc. 18

ℭLutherani.

SVbiungebant Lutherani : Eſto,Cum oraueris, tum intra cubiculum tuum , & ibi ora patrem tuum:quid vos monachi verborum ſonitu,hominum aures obtunditis ſine vtilitate aliqua , à ſuis eos extrahentes officijs , quibus ſibi & familiæ ſuæ iuxta apoſtoli mandatum , victum parant,vt inanes veſtras audiant voces? Math. 6. 1. Tim. 5.

ℭCatholici reſpondent.

AD hæc nos , Chriſtus Ieſus per hæc verba, cum oraueris, intra cubiculum & c . non vult vt ſic

clam & abſconſe opera bona fiant,vt alijs abſcondita exẽplo eſſe non poſſent,quę eodẽ loco ſubnexuit,
Matt. 6. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona &c. cuius ſententiæ memor apoſtolus, ait:Prouidentes bona non ſolum coram deo,
Ro. 12. ſed etiam coram hominibus.vt ex bonis operib⁹ vos
1. Pe. 2. conſiderantes(inquit Petrus)glorificent deum in die viſitationis.ſed per ea verba ſeruator noſter Chriſt⁹ ab hypocriſi & iactantia cautum iri voluit, ne dum inanis gloriæ vento paſcimur,mercedis æternæ pręmium amittamus:quod ipſemet redemptor exponit verbis ſequentibus:Omnia(inquit)opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ ſuam.non enim vult animarũ ſeruator tam paruo ac perituro præmio duci,quod pro æterni & immenſi regis gloria peragendum ſtatuit. Quòd autem dicitis nos à domibus ad templum opifices extrahere &c. certe hoc nos non ſtatuimus,ſed vt certis dieb⁹ ab opere ſeruili ceſſent,& deo ad horã ſacra audiendo vacent ſancta mater eccleſia vbiq; p
Sabbata ſanctifica. orbem ſtatuit illo admonita oraculo,Sabbata ſanctifica:nec hoc ſanè irrationabile videtur,vt qui p hebdomadam totam corporis ſolicitudini intend runt, hanc ad horam relaxantes, ſpiritui per orationẽ vel meditationem, excolendo ſtudeant,qui nõ ſolo pane
Matt. 4. viuere, euangelio didicerunt.

¶Lutherani.

SEd iam qua pręſumptione vos monachi orationis loco hominum mortaliũ encomia altiſonis citatis vocibus: Benedicti videlicet, Dominici, vel Franciſci. nunquid non orandi à Chriſto,euangelio,

habetis formam, qui ait: Quũ oraueritis, dicite: Pater noſter qui es in cælis & c. his planè verbis pulſandę ſunt aures diuinæ, ſalutandus eſt Chriſtus, dicendæ ſunt gratię creatori: non autem illis quę tuus Abbas vel Prior tibi ad orandum præſcripſit, quæque velles finita eſſe antequam incepta, numeroſitate pſalmorũ & collectarum (quas vocatis) grauatus. charitas ſiquidem præſcriptis regulis opus non habet, ſed ſuapte natura prodit ad optima quæque facienda. Math. 6.

Catholici.

AT nos ſcitote ab oratione dominica, diei exordiũ quotidie auſpicari, quã etiã horarũ ſectioni iugiter pręmittimus, matutinali ſcilicet officio primę, tertię, ſextę, nonæ, veſpertinis etiam atque completorijs orationibus, quas conſueuimus canonicas appellare. itaque ab oratione dominica initium ſumimus orandi, eáque orando progredimur, atque orandi finem eandẽ conſtituimus. Quòd autem illas temporis ſectiones, pſalmodijs prophetarúmque lectionibus demus, nimirum: quãdoquidem in his redẽptionis noſtrę myſteria tractantur, quę niſi crebra nobis lectione nõ innoteſcunt. quos etiam pſalmos & prophetas redemptor noſter ſacro euãgelio citat. nõ ergo hæc à Priore (vt aitis) vel Abbate noſtro nobis præſcripta ſunt: ſed ꝙ certis diebus quibuſdã ve diei horis hęc vel illa dicantur, ijſque diuorũ encomia (vt aitis) interſeramus, eccleſia ſtatuit & ordinauit, & quidem non abs re: vt nos eorum exemplo & ſanctitate ad virtutis amorem incitaret: qui dũ in mortali & fragili corpore agerent, immortalis & ęternę vitę conuerſationẽ ducebant, in carne quidẽ viuentes, &

ſupra carnis legem operantes, quibus pro exemplo oblatis non parum ad eorũdem æmulationem corda permolliuntur humana: quæ plurimum ad conten‑tionem commoueri ſolent: quin & difficilia quædam ob hanc attentare conſueuerunt.

¶Lutherani.

QVid? vos illis aſtricti regulis, neque oratis quæ vnctio docet, neque etiam quando ſpiritus poſtu lat. quod ex eo liquet, ꝙ grande piaculum æſtimatis prętergredi vel minimam veſtri diui laudem, vel nõ illis horis ad concentum accurrere, quibus ex præſti‑tuto intereſſe tenemini. quo oſtenditur vos non iam voluntarie deo ſacrificare, ſed præfecti veſtri imperio coercitos, voces illas concrepare.

¶Catholici.

MAius piaculum eſt vos talia iudicare de nobis, q̃ nos vnquam exiſtimauimus eſſe diui cuiuſquã laudes omittere. ſed his omiſſis quæ de laude vel in‑uocatione ſanctorũ dicenda eſſent, ad ea quę magis vrgent deueniamus. vellemus à vobis quærere quid

Obedientia. virtuti orationis deperit, ſi voluntaria obedientia ei accedat, quę deo gratiſſima & eſt & ſemper fuit. Nũ obedientia charitati repugnat vt vel minimum quid orationi vel ieiunio decedat, ſi ex obedientia ſuperio‑ri præſtita fiat? an obeditionis virtutem & efficaciam ignoratis? qui ſic eã depulſam ab orbe chriſtiano vel‑letis, quã tantopere nobis ſacræ paginę doctores cõ‑mendant, quin & ipſe deus opt. max. euangelio præ‑cipit vt omnia quę nobis doctores & maiores noſtri dicerẽt faceremꝰ, etſi minꝰ eorũdẽ opera ſectaremur.

Super cathedram (inquit) Moyſi ſederunt ſcribæ & Matt.23.
pharisæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſer-
uate & facite &c. Num non apoſtolum legiſti dicen-
tem: obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. ipſi Hebr.13.
enim peruigilant quaſi rationem de animab⁹ veſtris
reddituri. Num non & Petrum clamantem, ſubiecti
eſtote omni humanę creaturæ propter deum &c. ꝙ
ſi iam hoc coacte (vt dicitis) & nõ voluntarie ab vno 1.Pe.2.
vel altero fiat, non nobis aduerſamur qui voluntarie
ſacrificandũ prędicam⁹. commonemus omnes, horta-
mur, vt qui ſemel ſe deo addixit, permaneat in voca-
tione ſua. non enim coactis operib⁹ meritum tribui-
mus vel laudem. Quòd autem additis, nos certis ho-
ris ad concentũ accurrere vt ſtatas quas vocatis de-
cantem⁹ preces, certe hoc laudare potius debuiſſetis,
qui ad id conemur vt ſepties in die cũ propheta deo
laudes concinamus, quas ipſe veſpere, mane & meri-
die vt exaudiri mereretur, narrabat, & annuntiabat.
Veſpere (inquit) mane & meridie, narrabo & annũtia-
bo: & exaudiet vocẽ meã. Nec ad has ex pręſtituto vel Pſ.54.
ſanctione dumtaxat humana, perſoluendas ligamur,
ſed propria voluntate noſipſos huic felici neceſſitati
addiximus: qui voluntaria oris noſtri deo vero obtu-
limus: quem, vt bene placita faciat, ipſis horis depre- Pſ.118.
camur. quod etiam ſi vt prępoſitis noſtris obedientia
deferremus, fieret, nõ continuo malum eſſet: quia ad
vocem pręfecti vel maioris mei ad opus bonum cur-
rerem. Num ideo mali vel inhoneſti quidpiã contra-
hit? abſit hoc ab aure chriſtiana: quin potius multum
honeſti ea ratione, & meriti plurimũ continet apud
deum. eo per prophetã pręmium promittente ijs qui
voci hominis obedierũt. Pro eo, inquit ad Rechabitas Ieremię.35.

Ionadab filios)ꝙ obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa quę prẹcepit vobis:propterea hæc dicit dominus exercituũ deus Iſrael:non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. Intelligis ſacerdotij ęterni dignitatem promeritam ab his qui voci hominis obedierunt.

Poſt hunc habitum cum eis pro maiori parte conflictum,hic obiter & incidenter inſerere libuit, vt perſpicuũ magis ſit chriſtiano lectori quàm iſti ſint iam ſenſibus obtuſi & malitia obſtinati,qui ſic omnia hęc opera ſtudioſa ſpernant,obedientiæque virtutem per quàm optimam contemptui habeant & vilipendant, qua ſpreta non poſſunt cuncta non eſſe confuſa.ipſi nobis ſint exẽplo,quorum(vt ſupra ſcripſim⁹)neuter cum altero ſentit,neq; qua etiã lege viuãt intelligũt.

¶Lutherani.

SEd iam præaſſumptæ materiæ filum ſequamur,aiunt enim Lutherani,nihil curæ deo eſt de tuis externis operibus & exercitijs:ſola nempe fide & ſpiritu cum eo agendũ eſt:qui ſpiritus eſt,& eos qui adorant eum,ſpiritu & veritate adorare oportet. Ioan. 4.

¶Catholici.

CErte vos qui ſpiritu vt deo ſeruiatur contenditis, verum dicitis:ſed(vt aiunt)non totum dicitis.ſpiritu quidem cum deo agendum. at qui ſpiritu carnis opera mortificat,errãt neſſit vobis Paulus à reſponſione. Spiritu ſiquidem & veritate adorat, qui verum deum fide cognoſcens, ei per dilectionem adhæret, vt vnus ſpiritus fiat cũ eo.fide enim accedit, timore

Romano. 8.

perſtat,ſpe ſuccenditur, & dilectione corroboratur. accedentem namque ad deũ credere oportet.qui niſi timore perſtet,ſubuertetur:timens autem deum,ſperet in eum. quòd vero iſta veſtra fide confiſi, opera contempnitis externa, ea ipſa fide corroborati oſtẽdemus vos ab eadem iam dudum prolapſos. Hebr. 11. Eccleſia. 2.

Sacro euangelio docet Chriſtus ſolam fidei confeſſionem non ſufficere ad ſalutem,qui poſtquam intrandum per anguſtam portam hominibus ſuaſerat, ne ad hanc pulſandam, ſola fidei confeſſione mortales accedere præſumerent,ſubiũxit:Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatẽ patris mei qui incælis eſt,ipſe intrabit in regnum cælorum. quòd autem hoc de fidei confeſſione intelligi debeat,ſequens aperit ſentẽtia,qua dicit: Multi dicent mihi in illa die, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus,& in tuo nomine virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos.Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.At ¶Lutherani dices forte tu qui fidẽ à charitate poſſe ſeparari negas,voces illas:domine domine,non à fide,ſed ab opinione eſſe profectas: qua iſti opinantur Chriſtum eſſe dei filium.qua quidem opinione ſuffultis,dabatur vt miracula & virtutis opera efficerent. Matt. 7.

¶Reſponſio.

NOn refello poſſe opinatiue affirmari,Chriſtũ eſſe filium dei, & portentoſa per talem opinantem fieri opera. quandoquidem virtutum operatio ab apoſtolo inter gratias gratis datas cõnumeratur,quæ

2.Cor.12. in maliuola interdum anima ſedem recipiunt. ſed certe hoc tibi non ſuffragatur, quod huic propoſito mimine deſeruiat, tum, quia ſiue à fide ſiue ab opinione confeſſio illa profecta fuerit, eo non acceptatur, ꝙ ei bona opera ſociare neglexerũt. diſcedite (inquit) à me omnes qui operamini iniquitatem, tum etiam quia hic Chriſtus alludit ad inuocationem illam de qua propheta: Et erit, omnis quicunque inuocauerit

Ioel.2. nomen domini, ſaluus erit. ob id enim nominis ſui inuocationem bina vel repetijt, dicens: non omnis qui dicit mihi domine domine. &c. hæc autem inuocatio niſi à fide procedere non poteſt, teſtante apoſtolo, qui ait: Aut quomodo inuocabunt eum in quẽ

Ro.10. nõ crediderũt? & ne errore decepti putarent homines ſolã vocalem nominis domini confeſſionem ſibi ſufficere ad ſalutem, eos ab hac deceptione extrahens, dicit: non omnis qui dicit mihi domine domine &c. Diſcedat (inquit Paulus) ab iniquitate, omnis qui in-

2.Tim.2 uocat nomen domini.

¶Lutherani.

IN locis citatis non eſt ſermo de bonis operibus fidei confeſſioni adiungendis, ſed de malis ſeiungendis. ait nempe: Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. neq̃ aliud etiam Pauli verba ſonant, niſi ab iniquitate vt diſcedat omnis qui inuocat nomen domini.

¶Catholici.

NVm ab iniquitate diſcedit, qui dum debet & poteſt, operari bonũ negligit? num declinare poteſt quis à malo, niſi etiam bonum fecerit? hanc vmbram

vobis tota ſacra ſcriptura ſubmouet,& Chriſtus ipſe deus noſter imprudentum illarum virginum exẽplo depulſam docuit, dum perenni eas regno priuatas, ob bene operandi negligẽtiam,oſtendit. clamantibꝰ ſiquidem his,domine domine aperi nobis, reſpõſum eſt:Amen dico vobis, neſcio vos.porrò non ob fidei defectũ, vel iniqui operis affectum,virgines has repulſam paſſas legimus : ſed ſolicitudinis dumtaxat inertia, ac negligentiæ torpore,ab omniũ inſpectore taxatas videmus.non enim ſatis tempeſtiue cum reliquis virginibus parant lampades ſuas. eo namq; tempore, quo earũ cõſodales oleo quęrendo,emẽdo, & portando, vaſiſque ipſis purgandis , adaptandis, ſuóq; loco ponendis, inſudabant,hæ otio torpebant. ob quam ſolam cauſam,meritiſſime &iuſte à iuſto & optimo iudice regno depelluntur ęterno,quibus neq; per fidem clamor,neque in carne virginitas ipſa ſuffragata eſt:erãt enĩ bonę opationis debito deſtitutę. Matt.25.

Lutherani.

AD hæc Lutherani,ſcimus(inquiũt) non eſſe perpetranda mala , quin & bona facienda fatemur: at non ea quæ vos papiſtæ (ſic enim chriſtianos adpellant)aſſeritis eſſe facienda, ſed quæ euangelio cæteríſque canonicis libris ſcripta ſunt,quæ ad pietatẽ, quę ad modeſtiam,quę frugi deniq; ſunt:& hic citãt. diui Iacobi canonicam epiſtolam(quam alijs in locis refellunt) quippe quæ è diametro cum eorundem dogmate pugnent,dum fidem ſine operibus mortuã, ocioſam ac nullius perinde vtilitatis eſſe docet, atq; alibi excluſum hic admittunt dicentem,religio mũda & immaculata apud deum patrem hæc eſt , viſitare Iacob.1

pupillos & viduas in tribulatione eorũ, & immaculatum ſe ab hoc ſeculo cuſtodire.qua citata ſentẽtia, claſſicum canunt,& victis nobis ipſi victores inſultãt dicentes,hęc hæc eſt vera religio,non autem radere capillos,oculos cucullę ſubmittere,huc vel illuc (more ſtultorũ) caput deflectere, veſte longa ſanctitatẽ ſimulare,epomide extenſa ſapiẽtiam profiteri. Albis cinereíſve indui coloribus:& quid refert,albo vel nigro extra ſis oppertus, dum tamen interius indutus ſis dominum Ieſum Chriſtum?aperte oſtendis te magnatum fauorem quærere, & rabi nomen à populo ambire. híſque & ijs ſimilib⁹ obiectis opprobrijs,omne bellũ quod cum eccleſię ceremonijs habent,finitũ ac ſopitum exiſtimant.

¶Catholici.

MIrum ſanè, quàm omnes eccleſiæ cæremonias, omniúmque cœlibatum profitentium,ſtatus iſti exhorreant,eóſque interitum iri animo exoptent. optarem & ego mihi ab iſtis ſatis factum, an aliquis vnquam chriſtianorum,ne dicam monachorũ, opera illa facienda negauerit, quæ iſti, quaſi nunq̃ nobis audita,adimplenda proponunt.imò de hoc contendimus quòd ſint hæc vitæ æternę meritoria (quod ipſi non fatentur).quæ igitur mens eſt iſta, diui Iacobi ſententiam nouis laudibus commendare, quam nos & eam& cuncta quæ ſcripſit,inter ſacra & inuiolabilia connumeramus? Niſi dum hæc verbis extollunt, quæ nõ niſi cũ manifeſta hæreſi à ſe excutere poſſũt, alijs detrahant & exprobrent,quæ cum carnis libertate pugnare cõcernunt: & dum præcepta laudant, conſilia cũcta ſubmoueant, eccleſięq́ ſubinde ſtatuta

& cæremonias (à quibus iampridem deſciuerunt) nullius eſſe momenti ,ſuadeant :quas ſic anxiè vt diximus ab orbe toto depulſas exoptant , neque certe hoc poterunt:perinde enim proficiẽt vt Siſyphus ille ſaxum verſãdo. (alludit ad fabulam.) ſunt nempe fidei pro muro & ſepe. (Eccleſiæ cæremoniæ nõ deficient.) at qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber(inquit ſapiens)quemadmodum enim diruto muro , ciuitas (Eccleſi. 10) inuaſoribus, & euulſis ſepibus ſepta depaſcentibus patent: ſic eiectis ab eccleſia cæremonijs, facile fidei corruerent fundamenta , & luporum morſibus grex ipſe chriſtianus exponeretur.quod ꝓcul odorans ꝓpheta de antiquatę legis eccleſia hoc idem aſtruebat dicens:Deſtruxiſti omnes ſepes eius, poſuiſti firmamentũ eius formidinem.& alibi,Edom ſeu Eſau filijs (Pſ.88.) malum imprecatur, quippe qui dixerint Exinanite, exinanite vſq; ad fũdamentum in ea.Fundamentum (Pſ.136) autem fides eſt , quæ teſtante domino non deficiet. (Luc.22) Fluctuat quidẽ nunc nauicula apud Lutheranos,neq; tamen ſubmergetur,nauclerum nacta Chriſtum,qui etſi eis dormiat,catholicis tamen vigilat:qui nec dormitat,nec dormiet in æternum.

Sed iam iſtorum verba è veſtigio ſequamur:aiunt enim ea pręciſè opera nobis curanda , quæ canonicis libris operanda pręſcribantur. Vtinam quod ore fatentur, ſana mente tenerent . intelligerent profecto nil ieiuniorum,nil precum & obſecrationum,nil eleemoſynæ, nil obedientiæ , nil denique eorum quæ ad mores componendos conferunt , eſſe ab eccleſia inſtitutum,quod non ortum ſit è ſacris literis.vbi quęſo illud, Conuertimini ad me in ieiunio , fletu,& plãctu?vbi illud, Hoc genus dæmoniorũ niſi in ieiunio (Iohel.2.) & oratione nõ eijcitur?vbi illud,Vigilate & orate ne (Matt.17.) (Matt.26.)

Luc,18. intretis in tentationem.vbi illud: Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes, & ſequere me. & tamen proh dolor, omnia hæc iſti contemnunt, decalogi præcepta dumtaxat ſuis commendantes, neque tamen meriti quidq̃ ijs tribuentes. itaque iſtis cõſilia euangelica iam pridem viluerunt, fatuóſque iudicant monachos qui huic ſeculo renuntiantes, diuitias ſimul cum carnis libertate à ſe relegarunt, aiunt enim:

¶Lutherani.

VOs monachi ſub prætextu pietatis & religionis, nouum ſeruitutis genus vobis ipſis indixiſtis, genus vitę eligentes quod per ſe neque bonum eſt neq; malum. vbi cũ candida libertate ſimul etiã & fortunæ bona amiſiſtis, quib9 æternas ſedes vobis & alijs comparare potuiſſetis. ſiquidem præſtitiſſet re familiari bene vtendo, miſerorũ ſubleuare caſus, attollere ruinas, viduarum pupillorúmque occurrere neceſſitatibus, atque eorum tribulationes leuiores reddere: habere vnde neceſſitatem patienti tribueres: quàm te ipſum in tale vitæ genus præcipitem dediſſe, vbi his omnibus amiſſis commoditatibus, quibus præcipuus eſt ad veram pietatem profectus, te ipſum etiam amiſiſti qui tuam alteri tradidiſti libertatem.

¶Catholici.

OBliti ſunt (vt mihi videor) ſeruatoris noſtri ſententiam iſti, qua iuuenem de vita æterna promerenda quęrẽtem, vt cuncta venderet quę poſſidebat, eáque in pauperes erogaret, admonuit, quod perfectionis apex hoc tantũ ei cõtingeret ſuffragio: ſi vis

Matt.19. (inquit) ꝑfectus eſſe, vade & vẽde omnia quę habes,

& da pauperibus,& habebis theſaurum in cælo.Qui igitur monachorum inſtitutum infringere nititur,vt hanc prius ab euangelio dimoueat ſententiam,oportet.aut enim oraculum iſtud è ſacris deleat,aut ordinum ſtatũ euangelicum fateatur.iudicarent profecto iſti Chriſtũ dominũ(horreſco dicẽs)deliraſſe, qui ſic vno tractu incunctanter cunctam vendi poſſeſſionẽ adiudicaſſet: adoleſcentémque perinde fatuum, ſi redemptoris ſententiã ſequutus fuiſſet.quandoquidẽ fatuos decernunt monachos, qui hoc adnituntur ſequi cõſilium, atque tales iudicant,Benedictum,Frãciſcum,Dominicum,Thomam,Vincẽtium,& ſimiles qui vno die, vna hora, quidquid totius vitæ decurſu dare poterãt,à ſe excuſſerunt,viduam inſequuti,quę cunctã quã habuit ſubſtãtiã, miſit in gazophylaciũ, perpetuam inde laudem ſaluatoris teſtimonio aſſequutam.quia omnem victũ ſuum quem habuit,miſit vt refert euangeliſta Luc.21.certe magis paupercula indigebat ſuo victu,quàm templum huius emolumentis:tamen ſic laudatur,ſic commendatur,ꝙ totũ ſuum victũ emiſerit, ꝙ in ęterna ſit memoria huiꝰ laudabile monumentum.quaſi non magis ſancti viri hi,mundo huic profuiſſent & eccleſię, vitę ſanctimonia & exemplo,mundum relinquendo, quàm vnquã feciſſent ſi in eo cæteris conuiuendo manſiſſent. nec hic eſt reſpondendi locus,niſi ꝙ ſic res habet, vt qui monachorum damnat inſtitutum,hos etiam fatuos iudicat & ſtultos, quos ſancta mater eccleſia ſãctos appellat & præconizat, atq; electorum numero collocandos à tempore immemorabili, ſua ſanctione definiuit.

Lutherani Sanctos iudicãt fatuos.

¶Monaſteria pauperes ſuſtentant.

QVòd vero pauperum calamitatem dolentes, gemitis eos qui tribuendi facultatem à ſe abdicarunt, laudarem quidem zelum ſi eſſet ſecundum ſciētiam. Num non plus tribuit qui totum tribuit, quàm qui potiores & meliores ſibi partes reſeruat? At (ſcio) diceris, tribuit quidem, ſed monaſterio vel collegio, non pauperibus. peto qui magis pauperes alit & ſuſtentat: qui eis quotidie miniſtrādū panem loco tuto recondit, an qui fortunæ variȩ expoſitum minutatim & pro libito eis impartitur? modo ſic veri monachi faciunt. qui dum cœnobio ſe & ſua tradiderūt, pauperibus alendis theſaurizarunt. Nam qui ſunt qui largius & fuſius pauperibus erogent quàm cœnobia bene ordinata? videlicet quæ ſuæ regulæ normam obſeruant. quo quæſo crebrius pauperes confluunt ad famem extinguendam, q̃ ad cœnobiorum portas & atria? vbi copioſior languentium multitudo quàm in porticis clauſtrorum reperitur? non enim alendis canibus, aucupibus augendis, venationibus captādis, aut impinguandis equis, bona propria, monaſteria impendunt, libenter quod ſuperat tribuunt, atque id vt expleant, ſtatutis & ordinationibus (quas vos humanas traditiones vocatis) arctiſſime aſtringūtur, grauíque animaduerſione in eos agūt ſuperiores, ſi quorum intereſt huiuſce pietatis opera exequutioni mandare, id negligenter agant. Quòd ſi patriam fame corripi cōtingat, ſolerti diligentia curatur ne pauperes fame pereant, neque facile ob id de portione conſueta eis dari, quicquam minuitur vel deponitur: quin potius ſi facultas collegio ſuppetit, augetur: ſin

Quid tempore famis monaſteria erga pauperes tractent.

vero minus, ingemiſcunt religioſi,& miſerorum calamitates animo dolent, ſibíque ipſis de refectione propria ſubtrahũt, vt vel ſic pauperibus nõ deficiat. hæc tam ſunt vera, in cœnobijs (vbi vitæ regularis obſeruantia viget) vt mundo ſint iam magis experientia quàm verbis nota. Quòd ſi in quibuſdam monaſterijs,ob præfectorum ſeu prę ſidẽtium incuriam, ſecus cõtingat,iam ibi defeciſſe religionis obſeruantiã arguimus.porrò ob eam rem,reliqua omnia clauſtra vilipendenda nõ erant. Siquidem & pleraq; huic pietatis negotio, hoſpitalia(ſic dicta)peculiariter deputata nouimus , quibus è primaria ſui inſtitutione eáque potiſſima , hæc charitatis officia incumbũt, quæ tamen à primo ſuo inſtituto deſciuiſſe & vos videtis,& nos deploramus.nec ideo cętera omnia illico damnamus hoſpitalia,ſeu pauperum hoſpitia vel diuerſoria.inconſulte igitur vos feciſtis , ob vnum vel alterum moribus apud vos corruptũ collegium,cuncta extemplo ſubuertere clauſtra,monaſticæ vitæ dirumpere ordinem , eorúmque ſtatum damnabilem prædicare.Num matrimonium damnabimus,ꝙ eius leges ab vtroque coniugum quotidie violari cognoſcimus?certe hoc ſtultiſſimũ eſſet,tamen huic morbo medẽdo vix aliud aſſignabitis remedium. at dicetis, commoneantur homines per ſuos paſtores,prę latos, & concionatores , vt vel virtutis amore à tali vitio diſſueſcant:contẽptores verò puniantur ab epiſcopis vel alijs,quorum ijs curandis munus eſt . Atqui hoc idem vos poteratis,quin & debebatis,feciſſe,circa illorum cœnobiorum mores componendos:reducenda enim erat ouis,non mactanda . Itaque ex dictis percipere poteſtis, an religio mũda & ĩmaculata floreat:

Occurritur obiectioni.

Conuincitur Luth.

dilemma.

magis apud eos qui clauſtris incluſi ſeipſos immaculatos ab hoc ſeculo cuſtodiūt, quàm apud eos qui in foribus & tabernis de carnis libertate inter phialas & pateras perpetuo philoſophantur.

¶Lutherani.

VRgent adhuc Lutherani circa iſtam de merito
1. Tim 4. doctrinam, Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autē ad omnia valet. habe (inquiunt) fidem & bonam conſcientiam, & his tibi pacem conciliaueris, nec vllis perterrefactæ conſcientię concutieris timoribus. quorſum ea tanti facere, quibus nulla vel modica vtilitas eſt? fide ſta, vt per eā iuſtificatus pacem habeas, &c.

¶Catholici.

QVi gentem hanc Lutheranam non vidiſſet, non tractaſſet, non eius exploratus eſſet mores, his eorum verbis opinaretur eos viros quoſdam totos ſpiritales, in diuinarū rerum contēplatione perpetuo abſorbtos, & qui contēpta Martha tantū nouerint Magdalenam. quippe qui nunq̄ non de ſpiritu, fide, & pietate ſermonem faciunt, quorum ſanè maxima pars (loquor de hac peſte infectis) à tempore huius carneę libertatis, quid fidei, quid ſpiritus, quídve pietatis vocabulo ſignificetur, prorſus ignorat. Et quō de re ſpiritali cogitare poterunt, quos perpetuo videbis vino ſepultos, crapula diſtentos, quotidie ludētes, lubricis vacantes? ita vt in rebus peſſimis eos exultare cognoſcas: & poſt multam vini potationem (quādo iam vix depromere verba poſſunt) de fide extollēda, operibúſq; ſpernendis, exit inter eos ſermo, liceret

tunc profecto indigeſtas illas ac rudes inter pocula
iactatas audire ſententias, quum iam tremulis ma-
nibus vix valent ori apponere cyathos. Atqui hoc
hominum genus eſt,qui corporalem exercitationem
ſpernentes, vt ſola fide & ſpiritu deo appropinque-
mus,his ſuis nos accerſunt exemplis.

Porrò ſi præter ſpiritum nihil aliud deus homini cõ-
tuliſſet,ſpiritu dumtaxat ſeruiẽdũ ei erat.at qui pelle Iob.10.
& carnibus veſtiuit hominem, oſſibúſque & neruis
eum compegit,non otioſa eſſe patitur quæ in ſpiritus
miniſterium creaturæ ſuæ tribuit conditor ipſe: quin
vult vt os annuntiet laudem ſuam, lingua iuſtitiam
exaltet,atque omnia oſſa dicant,domine quis ſimilis Pſ.34.
tui?vt vel ſic membra quæ iniquitatis olim & immũ-
ditię inſtrumenta fuere,iuſtitię iam ab obſequijs eſſe
incipiant.id Paulo Romanos proprijs antea perperã
vſos membris,hortante:Sicut enim(inquit) exhibu- Ro.7.
iſtis membra veſtra ſeruire immunditię & iniquitati
ad iniquitatem:ita nunc exhibete membra veſtra ſer-
uire iuſtitię in ſanctificationẽ. Et quónam modo iu-
ſtitiæ iñſtrumenta fient, quæ in nullos vſus conuer-
tenda ſunt? audet rebellare contra ſpiritum caro ad
vtriuſque interitũ, & non poterit ei obſequi ad vtri-
uſque glorificationem?caſtiganda ergo cum apoſtolo Matt.26.
rebellis,ſupportanda autem cum Chriſto infirma:vt
vel ſic lenius,ſpiritus obtemperet ductionibus,quan-
diu enim peregrinamur in corpore, eius vt vtamur
viribus neceſſum eſt.quandoquidem dei inuiſibilia à Ro.1.
creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta cõ-
ſpiciuntur, vt ex creatis,ad increata legitimo quodã
calle,ſe tranferret homo mortalis.Quo perſpicuũ erit ſoluit obie-
pietatis etiam opa ſine corporis adiumento exerceri ctum.

non poſſe:necꝗ huic ſenſui,Pauli locus obuiabat, qui exercitationem corporis ad modicum vtilem ſonat: non enim de hac loquebatur, quam ſummopere ipſi Timotheo pręcedente ſentētia cōmendauerat,dicēs: 1 Timo.4. Exerce te ipſum ad pietatē. quin & ſeipſum de multis exercitijs ſimilibus commēdat, dū plus omnibus laboraſſe mari terráꝗ pugnaſſe in Chriſti gloriam & ſuijpſius meritū deſcribit:ſed parum vtiles aſſerit exercitationes illas corporeas, quibus huius tēporis tranſigitur vita, per quas nobis vel victui neceſſaria, aut ſanitatis adminicula,& id genus alia,licitis conquirimus medijs.& qui dixit parum vtilis, nō negat eſſe vtilem:imò inde bonorū operum arguitur vtilitas,quæ ijs minor,illis vero maior ineſt.

¶Neceſſariū eſt vires exercere corporeas.

Sed quia perpetuo iſti de iſtis externis operibus extirpandis obſtrepunt, notare oportet quòd ſi interior homo noſter abſꝗ externi cōſortio in hac vita mortali cōſiſtere poſſet,potuiſſet vtique ſine eius adminiculo opus ſuum perficere,& abſque carnis moleſtia, mente ſola legi dei ſeruire : nec vlla ex parte carnis concupiſcentia obſtaret,quo minus ſpiritualibus poſſet frui delicijs. Necꝗ tunc carnis inſaniam , eiúſꝗ aduerſus ſpiritum perpetuam pugnā ꝑ ſobrietatē,caſtitatē,ieiunia,orationes,eleemoſynas,& id genus alia, cohercere oportuiſſet: ſed quum naturæ conditor humanū genus mediam inter vtramque naturam finxerit , ſpiritualem videlicet & corpoream : vt eo veluti horizonte quodam, infima ſupremis coniungeret,fieri non potuit quin eius compago,prout cuiuſꝗ medij ratio expoſtulat,

particeps eſſet extremorum,in qua cęleſtium & terreſtrium natura conflaretur in vnum:quod conſummatiſſime actum eſt in vno homine & deo Chriſto Eph.2. Ieſu,qui fecit vtraque vnum : vt duos condat in ſemetipſo, &c. ex quo totum corpus compactum eſt Eph.4. & connexum per omnem iũcturam ſubminiſtrationis.Itaq; tali vinculo & nexu iſtæ duæ naturæ in homine ſunt coniunctæ, vt quo vna partium vires intendit,eò trahatur & altera. quum autem partes hæ pugnantia munera petant: vt caro aduerſus ſpiritũ, Gal.5. caduca ſemper & lutulenta concupiſcat:ſpiritus contrà aduerſus carnem cæleſtia iugiter & æterna deſideret, vt qui non eſt mecum,cõtra me ſit.idcirco niſi Matth.12. chamo & freno,externi & veteris hominis maxillas conſtringas,ſpiritalem & nouum hominem formare nequaq̃ poteris . Hac contracta labe ex originali primi hominis culpa, qua ſcimus perpetuas inter ſerpentem & mulierem ac vtriuſq; ſobolem , ſitas eſſe inimicitias, vt is pectore humi reptans,matris Euæ calcaneo ſemper inſidietur:illa vt eius caput pede conterat & conculcet, à conditore facultatem accepit: qui igitur eius inſidias ſuperare cupit, huius maligni ſerpentis caput vt conterat attrectet neceſſum habet . Non igitur ſolo ſpiritu deo ſeruire debemus , quorum opera & corporis ſunt ſimul & ſpiritus , id quod Paulus corroborat, dicens , Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal 2.Cor.5 Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue per corpus quæ geſſit, vt habetur in gręco, Τὰ διὰ τοῦ σώματος ἔπραξεν, ita vt totus homo ſeruiat ei qui totum hominem creauit & ſanum fecit.Nec enim fas eſt parcere ſeruo,vbi do-

minus totus in opere ſudat,ne ſi delicatè eũ nutrias,
Prouer. 29. pòſt(iuxta Sapientis dictum) ſentias contumacem.
¶Sed iam quorũdam rudium dicto occurrẽdum eſt
quo æſtimant ſola decalogi opera homini ad ſalutẽ
neceſſaria,neq; tamen reliqua poſſe ab homine adim
pleri cẽſentur:quin aſſentantur neminẽ in vita mor-
Matt. 19. tali poſſe capere Chriſti dictum:qui poteſt capere ca-
Sapientiæ 8. piat, Sapientis nixi auctoritati:& ſciui quoniam ali-
ter non poſſem eſſe cõtinens,niſi deus det,&c.Quos
primum ſciſcitatos vellem, An reliqua virtutis ope-
ra ſine dei gratuito auxilio poſſimus? qui neq; ſuffi-
2. Cor. 3 ciẽtes quidem ſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi
ex nobis.quamobrem fatendum eſt, nedũ continen-
tiam,ſine dei gratia & adiutorio nõ poſſe ab homine
ſeruari: verùm neq; minimum virtutis opus perfici.
Vnde eodẽ modo potuiſſes de quolibet virtutis ope-
re dixiſſe, puta affabilitate, liberalitate,iuſtitia,& ſi-
Phili. 4. milibus,quæ tamen omnia poſſumus(cum Paulo)in
eo qui nos confortat:& ſi carnis pugna interdũ dif-
ficilior appareat, vtpote quæ à coniunctiore & do-
meſtico inimico proficiſcatur.

¶Sed nũc primum diluamus obiectum. Mirabile eſt
profecto,ſi ſolum decalogi opera chriſtiano neceſſa-
ria ſunt in voto,ſic rigoroſe Chriſtus in illo extremo
examine agat cũ his qui cætera ſupererogationis o-
pera neglexerũt.Vere(vt iterũ repetã) admiratione
digniſſimum hoc eſt,vt eos pro re nõ neceſſaria,imò
neq; vtili(vt iſti affirmant) à ſempiterna gloria ex-
pulſos perpetuo igni tradiderit cruciandos. Ite (in-
quit) maledicti in ignem æternum. O acerrima &
ſemper tremenda ſententia! Iuſta tamen,ſiquidem à
iuſto prolata iudice. Sed cur ſic iſti male à ſumma

iuſtitia imprecati in æterna ſupplicia dãnandi mittũtur, niſi quia non ſibi amicos de mammona iniquitatis fecerunt. Sunt quippe diuitię iniquitatis frequenter inſtrumenta, & non raro in malũ domini ſui congregatæ, atque ob id iniquitatis mammona ab omnium domino appellãtur: quibus tamen amicos comparamus, dum his bene diſtributis ſedes nobis mercamur æternas: vt dignus habeatur maiore, qui fidelis fuit in minimo. Sic enim fieri ſolet vt ad maiora promoueãtur, qui fideliter ſe in minoribus geſſerũt. vt tribunus ad quæſturã, & quæſtor ad magiſtratũ. vt recipiãt, inquit, vos in æterna tabernacula. & quid eſt hoc dictu à viris qui Chriſti euangeliũ profitentur, nulla eleemoſyna vtilis, nulla oratio neceſſaria, nullo deniq; ieiunio opus? certe neq; infideles ipſi tam vili opera ſua duxerunt, vt crederent nihil his promouere poſſe. Nec obſtat (vt iſti inquiunt) quòd huiuſcemodi pietatis ſpecies non raro & publica ſcorta ſimulant. quaſi vero alia opera qualiacunque ſint modo externa hypocriſis non poſſet mentiri: vt ſeruatoris ſententia liquido apud Matthæum oſtendit, dicẽs: Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ, &c. atq; idem ſubinde de eleemoſyna & oratione commonſtrat. quin & de martyrio idem teſtatur apoſtolus poſſe contingere. quare nõ ob hoc Chriſti pecus ab vberrimis miſericordiæ operibus arcendũ erat, atque in aliena abigendũ paſcua magis infœcũda quàm Lybicæ ſolitudines quàm Arabũ auia. Et quorſum illa Pauli ſolicitudo de eligenda in miniſterium vidua quæ hoſpitio receperit, quæ ſanctorum pedes lauerit, quæ tribulationem patientibus miniſtrarit, quę omne denique opus bonũ ſequuta fuerit

Luc. 14.

Matth. 6.

1. Cor. 13.

1. Tim. 5.

an vero hęc decalogi ſolum opera ſint, iudicet quiuis lector. ſed iam miſſa hęc faciam⁹, indigna ſiquidem quæ nos remorentur, & quæ non niſi ab imperitioribus Lutheranorũ & rudi vulgo tractantur: & amplioribus rationibus noſtrum de efficacia meriti ſequamur inſtitutum.

¶Quarta perſuaſio.

PRincipio ſi tam ſunt opera noſtra, vt iſtis videt, ad meritum inefficacia, cur tantopere ab ipſo mundi exordio ad reſartiendã hominis cladem, ſunt homini commendata? dum amarulenta ira ex peccati pœna temulento Cain, ne in deſperationem laberetur conditor ipſe mundi aiebat,

Geneſ. 4. quare iratus es, & cur concidit facies tua? nõne ſi bene egeris recipies, ſin autem male ſtatim in foribus peccatũ tuũ aderit? ex qua diuina ſentẽtia multa col-

Corollaria. ligere licebit. primũ, quòd homo poteſt bene agere

Primum. contra multas Luthe. aſſertiones, quòd in quocunque opere etiã bono peccat homo ſaltem venialiter. quod certe non ſine admiratione & horrore quodam legere potui, dum ex alia parte audiebam Chriſtum dicentem, bonum opus operata eſt in me. num laudaſſet Chriſt⁹, opus peccato inuolutum, qui ſolam puritatẽ diligere & amare poteſt? at nõ hic tantũ delirat

Secundum. Lutherus ſecundũ ꝙ libere homo poteſt bene & male agere, cnotra eiuſdẽ antiquas aſſertiones de libero arbitrio, quas ſubtus pedibus vel hæc ſola ſententia calcat & premit, quę ab ipſo liberi arbitrij auctore emanat, qua dicit, ſubter te erit appetitus tuus, & tu

Tertiũ. dominaberis illius. tertium ꝙ bene operanti nonnihil emolumenti ex ſuo opere percipiendum promitti-

tur à deo dũ dicit, recipies, ſi bene (inquit) egeris. Recipies certe ibi nõ dicitur ſi credideris tantum, ſed ſi egeris. ꝙ ſi dixiſſet credideris, hoc quantum huic vnĩ verbo deferrent Lutherani? quantis eum euexiſſent laudibus, atque ſuis celebraſſent bacchanalibus? modo plurimum ea torquentur ſententia quam ad ſuã fidem retorquere non poſſunt, niſi velint dicere ꝙ agere ponitur ꝓ credere, quod perinde eſt ac ſi quis diceret, credere ponitur pro opinari, quia etiam quĩ opinatur agit. quartũ, ꝙ ſic ſe habet homo libere ad operum bonorum meritum, ſicut ſe habere poteſt ad pœnę ob peccati noxã, demeritũ: quod liquet ex eo quod dicitur, ſin vero male, ſtatim in foribus peccatũ tuũ erit, vt eius ſcilicet pœnas manifeſte luas, cuius intra cordis tui penetralia cauſa tractabatur occulte: itaque ſi bene egeris, recipies. ecce meriti præmium promiſſum. ſin vero male, ſtatim in foribus. ecce pœna per culpam demerentibus cõminata. ex quibus omnibus adiuncta quadam diui Pauli authoritate, efficaciſſimam contra iſtorum errorem conflabis rationẽ. ait ſiquidẽ Pau. ſtipendia peccati mors, gratia autem dei, vita æterna, id eſt, ꝙ quemadmodum peccato demeretur ad mortem perpetuam, ita gratia ſeu dono dei gratuito meretur ad vitam æternã. at conſtat hominem libere & ſponte in delictum incidere ad demeritũ. accepto igitur gratiæ dono, libere etiã operatur ad meritum. hoc enim naturę proprium eſt rationali ſeu liberę, vt proprio derelicta arbitrio, & boni & mali delectum habere poſſit. quòd autẽ hunc Pau. intenderit ſenſum, ex eo iam conſtat, ꝙ in toto illius capitis decurſu de libertate ad iuſtitiam & ſeruitute ad peccatum viciſſim agitur, probans ea pec-

Romano. 6.

efficax ratio.

catores libertate eſſe donatos,vt liberi ſint ad iuſtitię legibus parendum,non ſecus quàm qui ab hac deſciſcentes libere ſe in peccati ſeruitutem dederunt.quū

Ibidem. enim,inquit,ſerui eſſetis peccati,liberi fuiſtis iuſtitię. liberati autem à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ. vides ne æquam liberi arbitrij lancem ad iuſtitiæ obeditionem & peccati ſeruitutem? Quòd autem bonū hoc obeditionis ad iuſtitiam ſiue malū inobeditionis ad mortem ipſis ſit imputandū peccatoribus, vtpote

Ro.6. qui vtriuſque delectum habeant, oſtendit ipſe apoſtolus eodem capite dicens: an neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediēdū, ſerui eſtis eius cui obeditis,ſiue peccatis ad mortem ſiue obeditionis ad iuſtitiam? atqui iuſtitiæ ſectatorum præmiū eſt vita æterna,ſuffugientium vero eam,ſtipendium eſt mors ipſa:nam finis illorū mors. vos autē, inquit,habetis fructum veſtrum in ſanctificationem,finē vero vitā æternam. intellixiſti obeditionis bonum cedere operanti ad iuſtitiam: eius ergo præmium,coronam iuſtitiæ appellare non tædeat.

Quinta perſuaſio.

Ier.31. AD hæc,dominus per Ieremiam,plorantē Rachelem his verbis ſolatur,dicēs: Quieſcat vox tua à ploratu,& oculi tui à lachrymis:quia eſt merces ope ri tuo &c.qui enī dicit merces,nō puto vult eleemoſynam intelligi:& qui dicit operi tuo,non etiā opinor velle ſic gratię tribuere meritū,vt inefficax ſit homo ad nonnihil ſuis operibus(per dei auxilium) promerendum,etiam ſi opus ſimul ſit dei & noſtri,vt ſupra expoſitum eſt. nō enim pugnant gratia & natura libera,vt quod vna ꝓmouetur alteri non eo ad cumulū

accedat, gloriam namque quam deus opt. max. creaturæ gratis cōferre decreuit, hanc proprijs armis debellandam eidem propoſuit dicens, Regnum cælorū vim patitur, & violenti rapiunt illud, vt violenti dicātur qui gratię auxilijs, ſuos quoq; conatus pro virili adiungere certāt, ne dum domini ſui pecuniā terra ſuffodiūt, inertię arguātur & torporis à domino qui eam cum fœnore recipere vult, vt infra exponemus. ꝓmouemus igit̄ aliquid noſtris ad meritū exercitijs. Matth. 11.

Sexta perſuaſio.

Myſterio fœcundā ſeruatoris noſtri parabolā in medium producamus qua ait, homo peregre ꝓficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua: & vni dedit quinq; talenta, alij duo, alij vero vnū, negociamini inquit, dum venio. negociantibus autē duob⁹ primis, atq; ad duplū augentibus munera, datum eſt vt totidem dominio pręſiderent ciuitatibus. at interim tertius pecunia humi ſuffoſſa ocio torpebat, qui collato munere ob id priuatus, domini ſui iſdignationem non leuem ſuſtinuit. age nunc quid eſt quod vtroque ſeruo ad domini gaudium & delicias admiſſo, non æqua etiam munera vtrique conferūtur in gaudio (ſed ea tantū quę ſuis, labore, exercitio, & induſtria, parta fuerūt) vt ſcilicet par eſſet merito pręmiū: & qui parce ſeminat, parce etiā metat. vterque igitur ad cōmune cum domino gaudium eſt aſcitus, ſed quòd hic magis minúſve oblato fruatur gaudio, ſuo ſanè labori & diligentiæ adſcribendum eſt. nam qui duo acceperat, ſi ad quinque lucrū perduxiſſet, quinque etiam pręfuiſſet ciuitatibus, vt idē dominus ac redemptor noſter alio in loco nobis expoſuit, de eo qui mnate vna decē acquiſiuerat mnas: Matt. 25. Luc. 19.

eſto(inquit)tu poteſtatē habens ſupra decē ciuitates: & qui quinq;,eſto (inquit)tu ſuper quinq; ciuitates: deſidi autē ſeruo & ignauo qui (repoſita in ſudario pecunia)negociari neglexit,ſuccēſus dominus dura verba dedit : eúmq; graui animaduerſione dignum iudicauit,dū in perpetuas tenebras agendum ſtatuit, quē inutilē negotiationi reperit : vt eſt videre apud Matthæū.quę omnia nō leui manu prætereunda cenſui,ꝙ maxime noſtro huic cōferant propoſito.intellige ergo primū munera ſeu dona à deo homini collata,fœneratiuá eſſe, eóque diligentem ac ſolertem expetere ſeruum , qui ſua opera & ſolertia , recepta dona adaugeat & accumulet, ne in vacuū gratiā dei recepiſſe videatur . Secundo, niſi noſtris nos aliquid operibus promoueremus,nō video quomodo ſuperlucramur. vt is recte dicat,alia quinque ſuperlucratus ſum, quid enim iactat ſuperlucrum qui nihil(per te) lucratur ? Tertio , intelligi non poteſt quomodo hic ſeruus in modico vel ſuper pauca fidelis dicatur, niſi modicū illū intelligatur de officio & diligentia, per ſeruū adhibitis,vt merito plauſu à domino recipiatur,dicente:Euge ſerue bone & fidelis, quia in modico fuiſti fidelis, ſupra multa te cōſtituā. nō enī dona dei ſunt modica vel parua,vt de eis poſſit ītelligi verbū illud ſuper modico &c.liquet ergo diligētię id modicū adſcribēdū humanę.Quarto, inutilē ītrepat ſeruū atq; eō in tenebras eijciendū,quia inutilē reperit:an quia īutilis deo,vel ſibijpſi?nō certe deo,qui nullo indigere poteſt,ſed ſibi.quī ſi bene ageret, reciperet.ille namq; inutilis cuiquā dicēdus eſt,qui alioqui vel alio modo operando eidem vtilis vel frugi eſſe poteſt.igitur bona opera vtilem tibi teipſū reddere

poſſunt. qualis autem hæc vtilitas dicenda ſit tu ipſe finge, ſi minus nobis credere vis. Quinto notan- dũ, quòd vnus euangeliſta dicit, ſuperlucratus ſum: alter vero dicit, mna tua acquiſiuit: vt itelligas neq; mnã ſine diligẽtia ſerui, nec ſerui ſolicitudinem ſine gratiæ dono quicq̃ in operis merito poſſe. vnde & dominus ſeruo dicenti, domine mna tua fecit vel ac quiſiuit decẽ mnas, reſpõdit, euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis. ſeruus dono fert acceptum quid quid ei ſua acceſſit opera: dominus vero totum lucri munus ſerui diligentiæ adſcribit, atque in eius conij- cit vtilitatẽ, dicens: Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis. quo liquet meritũ in bono ope ex vtriſq; conſurgere auxilijs, ex gratia ſcilicet dei donãtis, & ex diligentia hominis operantis. perpendes quoq; ex his quòd tunc gratia dei in vacuũ recipitur, quando inertis & ocioſæ ſortitur animę ſedem: adiuuantes, inquit, exhortamur ne in vacuum gratiam dei reci- piatis. quid autem facere debeamus ne fruſtra ſeu in vacuum gratiam hanc receperimus, ſubiungit apo- ſtolus dicens, in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſic dei miniſtros in multa patiẽtia, in tribulationibꝰ, in neceſſitatibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate & ſcientia. &c, diſpice nũc Lutherane, cui ieiunia ſunt exoſa, & labores quoq; inuiſi, quàm hęc ſint ab apoſtolo numeratis verbis omnibus cõmen- data, perpẽde etiam quòd hęc ſint animę ornamẽta, quibus fit apta ſedes dei, & dignũ tanto hoſpite ha- bitaculum, quem his ornata monilibus, nõ in vacuũ eum recepiſſe cenſetur. Habes ergo ex toto prętatæ parabolæ decurſu, deum homini gratis, gratię talen- tũ donare, atq; eius diſpẽſandi facultatẽ ei tribuere,

notabile. Gratia in vacuum. 2 Cor. 6 Epilogus.

dum in regionem longinquam abiens vt negotietur præcipit: Negociamini, inquit, dum venio, contra ſeruile de libero arbitrio, dogma . habes quoqure commendatum eum qui donum receptum ſua diligẽtia adauxerit, per quod vt bene operantis meritum intelligas oportet, quod ex eo iam liquet, quòd tantum præmij reſpondet in triumph, oquantum fuit meriti in certamine. vt is qui in decem conatus eſt , ſuper decem quoque obtineat poteſtatem. habes deniq; q̃ ſtricto iudicio actum eſt cum eo, qui munus collatũ augere neglexit. quod niſi ĩ ſua ſitũ fuiſſet poteſtate, non vtique prudentiæ, ſed potius domini crudelitati adſcribendum eſſet, qui ea à ſeruo exigeret, quæ neſquaq̃ præſtare valebat. poteſt igitur homo habitam gratiam ſuis exercitijs adauctam facere.

¶Peritiores Lutheranorum.

AT ſcio inter vos eſſe quoſdam perſpicacioris ingenij, qui his & alijs conuicti rationibus, fateãtur nonnihil nos poſſe apud deum promouere , hoc tamem fidei ipſi, & nõ operibus adſcribendũ cẽſent, quin & aiunt, fatemur nos aliquid noſtris bonis operibus poſſe proficere, & ex dei largitate mereri: id tamẽ meriti nequaquam operibus ipſis arrogandũ, ſed radici potius à qua bona effluunt opera, fidei ſcilicet. quod ſic ſuadent, conſtat ſiquidẽ, opus quantũ libet pium ſi à modica fide proficiſcatur , modicum etiam habere meriti: & ſi à magna, multum perinde, Chriſto nobis hoc, euãgelio commõſtrãte, qui viduã illam æra minuta in gazophylacium mittentem, ſic prę omnibus cõmendauit, nõ à muneris quantitate, ſed à fidei magnitudine atque animi largitate.

Lib. œconomiæ.

¶Author.

ASſertio hæc,mea quidem ſententia,non vndique
à veritate deuiat, etſi ſatis eam adumbratā ex-
plodat,pro qua tamen perperam intellecta, pugnat
omnis turba eorū qui ſola fide pro virtute contenti,
ſeipſos orco deuouerunt : quid tamen veritatis con-
tineat,quídve s falſitatis ſubcludat,haud difficile eſt
diſ uirere. Si enim intelligat vt tantū in opere ipſo
meriti accreſcat, quantum fides ipſa creſcit vel affe-
ctio in affectu, ita vt qui ex propenſiore fide operis
quidpiā aggreditur,eo qui tepidiore vel animo lēto,
magis eodē opere mereatur,adeo verū eſt vt nemo
vnquam inficias iuerit, exemplo id clarum faciam: Exemplum.
eadem vel æqua pecuniæ penſio pauperi erogata à
maiore fide progreſſa,amplioris erit meriti quàm ſi
à minoris fidei homine proficiſcatur:vt centurionis
& reguli nobis acta commonſtrant. quorum diſpar
fides diſparem quoque meruit ſaluatoris obtuitum.
is ſiquidem anxius pro filij ſalute, deſcenſū ſolicitat
ſaluatoris feſtinum,cuius non credit poſſe virtutem
in abſentem vel loco diſtantē. eóque audire meruit,
niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.alterius Ioan.4.
vero ea fuit magnifica fides, vt incarnatę diuinitatis
admirationem ad ſui laudes declamandas mirabili-
ter conuerterit:non inueni, inquit, tantam fidem in Matth.8.
Iſrael : & iſto modo intellecto theoremate, nihil eo
verius, quod & nos ſupra latius expoſuimus, dum
merendi modos & cauſas explanabamus. Si autem
intelligatur,vt ipſi intelligi volunt,quòd ſolifidei vel
credendi actui,alijs poſthabitis operibus meritū om
ne reſpōdeat,hoc iā falſū eſſe, & ex dictis apparet,

& ex dicendis innoteſcet.

❡Quòd non ſoli fidei meritum ſit arrogandum.

SCribens namque apoſtolus ad eos quibus fidei ſemina pro fundamento conſtruendi ædificij iacienda commiſerat, ait, dei ædificatio eſtis ſecundum gratiã quę data eſt mihi: vt ſapiens architectus fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat, fundamentum autem aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperædificat ſupra fundamentũ hoc aurum, argentum, lapides precioſos, lignum, fœnũ, ſtipulam, vniuſcuiusq; opus manifeſtũ erit, & quale ſit ignis probabit. Si alicuius opus quod ſuperædificauit manſerit, mercedẽ accipiet. Si alicuius opus arſerit, is detrimẽtum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, & c. Ex hac tam clara & ꝓfunda ſententia aliquot puncta elicere licebit. Primum, quòd homo fidei firmamento per bona opera ſuperædificat, quæ quidem opera non ipſa fides ſũt, quum ſupponatur fundamentum. Secundum, quòd ſic ſuperædificãtibus merces certa promittitur, ſi de natura permanentium fuerit quod ſuperædificatur. nã mũdus tranſit & concupiſcentia eius: & ea tantũ permanere dicuntur, quæ æterno & permanẽti principio coniuncta ſunt, quæque fidei cohęrere poſſunt. quod apoſtolus inſinuat, dicens: Si quod ſuperædificauit manſerit, mercedem accipiet. Tertium, ꝙ hæc ſuperædificantibus, promiſſa merces variatur iuxta materiæ varietatem, ſunt enim qui aurum, ſunt qui argentum, ſunt denique qui lapides ſuperædificant precioſos, per quæ ſiue varias intelligas doctrinas

1. Cor. 3.

fidei lumini ſupaccedentes, ſiue varię virtutis opera quæ huic vni fidei conſeri poſſunt, intelligi contendas, perinde eſt: dũ tamẽ aliquod bonũ, à fide tamen diuerſum, ſuperædificandum fatearis, cui mercedis quidpiam correſpondet, quod eſt noſtrę intentionis propoſitum. quãdoquidẽ fidei fides ſuperædificãda non eſt, eſſet enim fundamento fundamentum ſupponere. erit igitur aliud quod ſupædificandum monet apoſtolus, pro quo etiam mercedem ſperandam dicit. nõ ergo ſoli fidei, meriti munera tribuenda ſũt. Quartum, notandum talia poſſe ab homine fideli opera ſupædificari vt purgatione magis egeant, quĩ & ardere poſſint, ſuúmque actorem igni collatũ iri faciant: cuius opus, inquit, arſerit, is detrimentũ patietur, neq; tamen extra ſperandæ ſalutis terminos deijcit, quem per ignem ſaluandũ diſponit: ipſe autẽ ſaluus erit, inquit, ſic tamen quaſi per ignem. quæ profecto ſententia è diametro pugnat cũ quorũdã Lutheranorũ ſecta purgatoriũ negante. Ea ſiquidem opera quæ ardere poſſunt, non mortalia ſed venialia eſſe oportet, ſi fidei per iſtos, coexiſtere debent, quæ leuis ignis flãma conſumere poſſit, quæ non à regno æterno excludant. nam qui talia agũt, regnũ dei non poſſidebunt. reſtat ergo, vt de venialib⁹ quę ſe frequenter bonis etiã operibus intermiſcent locus hic intelligatur. diſpice igitur quid tu ſuperædificandum cenſes: aurum, argentum, lapidéſque preciosos, religionis & pietatis opera: an ligna, fœnum & ſtipulas, vitæ pręſẽtis varia exercitia, circa quæ negotians difficile exuitur à negligentia. nam tibi ſuperædificanti ſuper fidei firmamẽto merces certa promittitur, quod probare nitebamur.

Purg.

Gal 5.

¶Fides per charitatem operatur.

AD hæc ſi fides (vt īquit apoſtolus) per dilectionem operatur, cur potius fidei quàm dilectioni ſeu charitati meritum omne arrogas? hoc iam certe voluntarie dictum eſt, & nulla prorſus ratione ſuffultum: quòd ſi dicas, fidei & charitatis diſcrimen nullum pono, iam erit dictu fides per fidem operatur, quod ineptum videtur, ſi digna hæc eſt tanto apoſtolo ſententia. perinde enim eſt ac ſi quis diceret, medicina p medicinã operatur, quod rectius diceretur medicina per euacuationem vel humorum æqualitatem operatur, vt intelligas charitatem eſſe fidei virtutẽ (& vt aiunt) formam per quam fides ipſa in nobis purgationem peccatorum facit: ea
1. Cor. 13. ſanè eſt quę foras emittit timorem, & qua fini noſtro inſolubili vinculo cõiungimur, vtpote quæ vinculũ eſt perfectionis, ſine qua virtus nulla perfecta eſt, ſed neque eſſe poteſt.

¶Fides operibus deprehenditur.

AMplius, fides ſeipſa abſque aliarũ virtutũ adminiculo inaucta manet & inuariabilis, vt eſt videre in paruulis baptizatis, quibus quoad diſcernere valeãt inter bonũ & malũ, nihil meriti vel demeriti, vituperij vel laudis tribuimus: qui ſi eà perpetuo manerent ignoratione vel innocẽtia, vtiq; & perpetuo eis denegaretur quod cæteris vitij virtutiſve cauſa datur quantalibet ſacro baptiſmate ſint fide & virtute perfuſi, quòd nõ fidei infuſæ aliquid ſuis
Sermone. 10. lepr. operibus conduxerunt. hoc quod ipſe Lutherus olim comprobauit, In nullo, inquit, alio meli⁹ dephẽditur

fides quàm in operibus charitatis, dicente domino: In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis inuicem.at poſt ad ſuum redijt Antilutherum:at quomodo augebitur donum, quod ocioſum eſſe nequit,ſi nullo operis adminiculo fouendum eſt? certe nouum nutriendi & augendi fidem,modum fingere oportet,neque ſcripturis adhuc explanatum,ſed iſtorunm adinuentionibus (quibus peribũt)confictũ:nos vero modũ quẽ mundi doctor atq; redemptor ſacro euãgelio docuit,oſtendamus. Ioa.13.

¶Chananæa fidem operibus auxit.

Legimus ſiquidẽ apud Matthęũ,Chananitidis mulieris fidem,quam admiranda laude Chriſtus in ſui gloriam extulit,longo duri ſilentij examine probatam, tardæ aſperęque reſponſionis ſtimulis permollitam, eóque mulieris cõſtantiam perductam adiunctis fidei ſuę,humilitatis,& patientię virtutibus in tantam excreuit meriti laudem,vt voce à magnifica gloria profuſa audire mereretur, ò mulier magna eſt fides tua.Nunquid ſi mulier hæc Chananæa domino Tyriorũ terminos ingreſſo, domi ſub tecto torperet,ſi à finibus illis egreſſa nõ clamaſſet,ſi apoſtolicas aures oportuna & importuna ſupplicatione non obtudiſſet,filiæ tam dilectę ſanitatẽ impetraſſet? Num ſi ſpreta, depulſa,& deiecta,nõ item rediſſet, ſi ad Chriſti pedes prouoluta, fragilem naturæ conditionẽ non accuſaſſet,ſi ſuę gentis opprobria patiẽter non tuliſſet, ſi ab imo pectoris patientiæ & ſubmiſſionis ſigna non exploſiſſet,ſecretam pectore cõdens fidem, an conſtantiæ coronam meruiſſet? certe non,quæ ter repulſã paſſa animi fortitudine firmatę Matt.15.

fidei probationem non vulgarem fecit: non ergo fidei ſoli meritum omne tribuendum, quæ ſi operari renuit, meritum nullũ habet. quin & ipſa fides aliarũ virtutum meritis augetur. igitur bona etiam opera amplectẽda ſunt vobis, quib⁹ fides iſta delibuta creſcat, aucta fiduciam pariat. nõ enim ex hoc ꝙ credo dandam eſſe eleemoſynam, mereor apud deum, ſi dũ debeo & poſſum miſero ſuccurrere recuſo, id quod diuus Iacobus ſua canonica epiſtola nos admonet, oſtende, inquit, mihi fidem tuam ex operibus.

¶Seruanti præcepta promittitur gloria.

ADhuc ſi in ſola fide ſine operum reſpectu meritum omne conſiſtit, cur Chriſtus adoleſcẽti quid faciendo vitam æternam poſſidebo inquirenti, non reſpondit crede, & te adepturũ confide (hoc enĩ iuxta iſtorum doctrinam abunde ſufficit) ſed ad præſtanda opera miſit, dicẽs: ſi vis ad vitã ingredi, ſerua mandata. eíque ſubiungenti, ſe omnia præcepta ab adoleſcentia cuſtodiſſe, nõ item ad fidẽ, ſed ad opera
Matt. 19. ſtrictioria induxit, dicens: ſi vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & veni & ſequere me, & habebis theſaurum in cęlo &c. certe hic nullus relinquitur tergiuerſandi locus, vbi via ad veram perueniendi vitã cunctis aperitur ab auctore vitæ vna obſeruãtia ſcilicet mandatorũ: quam qui compendioſiorem facere cupit, ijs quæ poſſidet renunciare iubetur, vt diſtracto à terrenis amore ad cæleſtia incipiat anhelare. quid ergo tu cum tua ocioſa fide deliras, qui neminem hactenus operis cõpotem ſolo credendi actu gloriam obtinuiſſe legis? non Adam qui vtroque ſtatu ad laborẽ ſed diſparẽ,

mittitur:non Abraham quem fidei ſuæ plurima adiunxiſſe pietatis opera, notum eſt: qui & admirabile mundo obedientię reliquit exemplum, dum dilectiſſimi filij mortem fidei copulauit ſinceræ : non Abel, cuius etiam munera mũdi opifex reſpexiſſe dicitur: non Iſaac,non Iacob,non Moſen,non Samuelem,nõ Dauid,non denique aliquẽ ex ſanctis patribus.vnde ergo tibi ortum iſtud chimericum phantaſma, de iſta ignaui ac ocioſa fide? Patres veteris teſtamenti.

¶Principes noui teſtamenti.

NOn etiam hanc concepiſti fiduciã ab his qui ſub lege perfectæ libertatis, pro fide Chriſti pugnarunt,nõ ab illo pœnitentiæ typo,vt ab eo exordiar, Ioanne(inquã)baptiſta,qui teneris ſub annis mũdi oblectamenta declinans,carnis delicias fugiens,heremi ſecreta petijt, ſéque in deſerti ſecretiora recepit:vbi adeo aſpere vixit,vt vitæ meritis & ſanctitate ſecundum non habuerit:quo ſanè maior alius inter natos mulierum teſtante veritate nõ ſurrexerit, deſumpto huius encomij argumento ab eius admirabilis vitæ aſperitate,in qua maxime propoſiti arrepti conſtantia, ſimul & externi hominis vilis apparatus perhenni laude commendatur,quid exiſtis inquit,in deſertum videre?arũdinem vento agitatã, aut hominem mollibus veſtitum? & c. Cognoſcant hinc Lutherani,nedum ſecundũ interiorẽ hominem vt ipſi contendunt,deo ſeruiendum,verum & ſecundum externam & apparentẽ ſpeciem,quã ipſe Deus Opt.in Ioann.commendat,dum interni hominis firmitatem & externi cultum inaccuratũ diuinis extulit laudibus.nõ ergo deriſui habendi ſunt vobis qui Ab exẽplo.

habitu & cultu externo vitę genus ab alijs diſcretũ indicant. non enim hoc nouũ fuit in religione chriſtiana commentum, quum omni lege ſemper fuerint qui veſtium cultu ſegregatum à cõmuni vita, viuẽdi modum oſtenderent, vt ſacras hiſtorias legentibus

Actuũ. 14. notum eſſe poteſt. Non etiam è Paulo didiciſti, qui officioſiſſima corporis obſequia fragranti fidei copulauit, qui & per multas tribulationes ad verã vitã perueniendum, exemplo & doctrina prædixit. non à

1 Pe. 1. Petro, qui miniſtrãdam cum fide virtutem, ſcientiã,

Iacob. 2. abſtinentiam, & patientiam, docet. nõ à Iacobo, qui digito te notat dicẽs, quid proderit fratres mei ſi fidem dicat quis ſe habere, opera autem non habeat?

1. Ioan. 2. nunquid poterit fides eum ſaluare? non à Ioanne, q ſuper charitatem nihil magis cõmendat, imò qui & viſus eſt ſolam ſuis epiſtolis nouiſſe dilectionẽ, atq; mandatorum obſeruantiam. canit enim, in hoc ſcimus quoniã cognouimus deum, ſi mandata eius obſerua-

Apoc. 14. mus. qui & quotidie clamat, opera illorũ ſequuntur il-

Iud 1. los. nõ à Iuda, qui fidei ſuperædificandũ ſua canonica cõmonet. non ab aliorũ apoſtolorũ quoquã, non à Prophetis, non à patriarchis, non à viris ſanctis, nõ

Gal. 1. à ſcriptura, non ab angelo, niſi forte quem apoſtolus anathema facit. vnde igitur tibi iſte atticus aſpectus vt ſolã fidẽ, ſine operum reſpectu, ad ſalutẽ neceſſariam aſſeras, prędices & affirmes? commendat ſiquidem ſcriptura fidem, vtpote quæ primũ in accedẽdo ad deum tenet ſcalæ gradum, dum ea in dei filios transformamur, dicente apoſtolo, omnes enĩ filij dei

Gal. 3. eſtis per fidem qui eſt in Chriſto Ieſu. at non poſthabitis (vt vos vultis) operibus quæ fidem ipſam & augent, nutriunt, & corroborant, vt ſatis probatum

oſtendimus. Sed quorſum tot citare locos, tot ſacræ paginæ congerere authoritates, vbi vel minima ſufficit, aut nulla prodeſt?

❡Lutherani.

SCimus quidem , fidem ipſam ocioſam eſſe non poſſe, quæ ſuapte natura ad pietatis exercendę opera impellit: ſine quibus nec ipſa fides eſt. at ipſa pietatis opera, remiſſionem peccatorum nõ faciunt, ſed ſola fides. Lib. de lib. Christi.

❡Catholicus.

IAm tu ex ore tuo iudicandus venis, qui quũ fatearis fidem ipſam non eſſe, ſi opera abeſſe contingat, ei tamen vni vis arrogatum quidquid aliarum virtutum ſtudio partum eſt. & ſi à te petitur, cur potius huic vni quàm iſtis, quũ nec iſtæ ſine ea, nec ipſa ſine iſtis, certe erit vel pro reſponſione ſilentium, aut pro ratione voluntas. nam ſi hęc, vt dicis, parit iſtas: iſtæ tamẽ fouent & nutriũt hanc. at dices forte, ſacræ ſcripturę locis & authoritate compulſus id feci. Iam hoc à vero abeſt, quũ longe plures ſint in ſacris loci & paſſus, meriti efficaciã operibus tribuẽtes, quàm ſint illi quos tu pro fide citas. ſed nec vnquam citare potes, quorum aliquot nos ſupra meminimus, minimam ſcilicet eorum, quæ citari poſſint partem: neque poteſt ſignari in ſacris locus, qui fidei merita ſpondeat: pro quo non poſſint duo tréſve oſtẽdi, qui eadẽ bonis operibꝰ adſcribãt. ſed eſto ſint numero æquales, in ſacra ſcriptura loci meriti laudes, fidei conſignantes, ijs qui has operibꝰ deferunt bonis, cur in hanc magis deflexiſti partem

pari authoritatum pondere aſcitus? niſi quòd fateri cogeris eam partem tibi delegiſſe,quæ ſecundum literæ corticem,minus cum carnis libertate pugnare videbatur.vbi enim de nuda fide confiditur,facile ab omni opere bono ceſſatur,vt tuo tuęque gentis malo quotidie experiris. Adhuc, quid refert, operibus ipſis an fidei à qua profluunt,meritum deferas,dum tamen fatearis neq; ſoli fidei ſine operibus ,nec ipſis operibus ſine fide,meriti quidpiā tribui? fateris autē dum dicis fidem ipſam ſine operibus nullam eſſe.nō enim minus erratur fidei ſoli meritum arrogando, quàm ſi nudis etiam operibus tribueretur.modo cōſtat falſum dicere,qui ipſis operibus,à fide ſeiunctis meritum daret.cur ergo non falſum dicit,qui meritum omne fidei nudę reſpondere aſtruit? ſi verū eſt hęc duo in ope ſtudioſo inſeparabiliter reperiri,quid igitur alteri tribuis quod vtriq; cōmune eſt? ſiquidē nos nihil operibus ipſis niſi vera fide fulcitis,tribuimus: neque fidei ipſi perinde, ſi dum debet operari negligit. Nulla ergo ratione dictū hoc fulciri valet. Nec puto tantum exitij populo chriſtiano attuliſſet, qui ſolis operibus meritum arrogaſſet,quàm qui his neglectis ſolam attollunt fidē,vbi totius inertię vulgo ſegni oblata eſt anſa , qua ad pietatis opera præſtanda durus & tardus inueniatur,qui ſola fide cōtentus ſuperflua iudicat quæcunque ſunt operis.

Amplius , tuipſe ingenio pollens , mentis acumine valens, num non innatæ prudentiæ oculis diſpicere poteras,ex hac tua inutili(etiam ſi vera fuiſſet)aſſertione,multos in ruinam periculoſiſſime prolapſuros?

1.Cor.10. Num non legeras multa multis licere,quæ tamē nō eis expediunt?Non certe quòd tua liceant,quę adeo

nõ expediebant vulgo nihil moderari potenti,vt Sy-renũ cantus potius audire expediſſet.Aureo,ſanè vt aiunt,hamo piſcatus es.Et vtinam tuo tantũ malo.

¶Ex hypotheſi perſuaſio.

VIs amplius tibi dari,vt opera iſta nedum meritoria,& vtilia non ſint,verum & mala,vt tu olim opinatus es,opus quamlibet bonum peccatum veniale eſſe. Num videntur tibi paulo meliora ea in quibus nunc tu & populus tuus volutaris? Vt leuibus illis tã accurate ſubmotis,quę niſi perterrita cõſcientia expleri à vobis poterant,de parui momenti re,religionis ſcrupum facientes, ad flagitioſa quæque repente animos pelleretis.Num iſta leuiora illis cenſes,quando vtraque,per vos,mala ſunt? Certe ſi vnquam,nunc prouerbium hic quadrat euangelicũ, Duces cęci,excolantes culicem,camelum autem deglutientes.Profecto nihil eſt quod vobis iam de veniali timeatis.An autem hoc iuſtificati ſitis,nec ne, vos ipſi videritis.Nos vero noſtra hac deducti ſimplicitate,ſatagem⁹ cũ diuo Petro noſtrã ꝑ bona opa, certã facere vocationẽ,quę bonis ſtudijs obfirmata, nõ poteſt nõ cõſummatior indies euadere.ſic enĩ nobis euãgelica tuba ſonat.Hoc quoq; à patribus pro cõfeſſo accepimus.Id etiã ſãctę ſcripturę docẽt.hoc voto primores noſtri vixerũt. Hanc viã iuſti omnes ſecuti ſũt.Hoc,quod potiſſimũ eſt, vbiq; ꝑ orbẽ docet ſãcta mater eccleſia,quę colũna eſt & firmamẽtũ veritatis.hoc deniq; cœpit Chriſt⁹ Ieſus facere & docere.q ergo ſol⁹ nauigare nõ pręſumit,hãc nobiſcũ ĩgrediat̃ nauĩ,& ad portũ ſuę pueniet volũtatis.

Prouerbium euangelicũ. Matth.23.

2.Pe.1.

1.Tim.3.

¶Primi tractatus Finis.

❧DE OPERE SATISFACTORIO, TRACTATVS SECVNDVS, QVOD opus chriſtianum ſit deo ſatiſfactorium.

QVi à via regia & publica iter diuerterũt vt incidant in ſcopulos, hęreant in vallibus, in foſſis offendant, per inuia quęque montium errent neceſſũ eſt. Cum igitur Lutherani à cõmuni eccleſię fide quę niſi vna eſſe poteſt, deſciuere vitæque fonte relicto ciſternas diſſipatas quærere cœperũt, vt varios incurrerent errores, híſque velut ſemitarũ anguſtijs implexi laborent nimirum ſanè, iacto ſiquidem hoc falſo fundamento, quòd ſola fides hominẽ iuſtificet, facile eſt errores ĩnatos eidem ſuperædificari. ſi enĩ ſola fides iuſtificat, fruſtra quis ad ſatiſfactionẽ conatur: quod Lutherani pro confeſſo & indubitato habent, dum ſatiſfactionem partem eſſe pœnitentię negant. quin aiunt iniuriam Chriſto facere qui ſatiſfacere tentat pro peccatis, pro quibus ſufficientiſſime ipſe Chriſtus in cruce ſatiſfecit, ſic enim ait:

❧Lutherus.

Expoſitio epiſtolę ad Galata.

SOla fides Chriſti neceſſaria quòd iuſti ſimus, cętera omnia liberrima neque pręcepta anplius neq; prohibita. & alibi, Neque opera pœnitentię, neque ſacramẽta remiſſionem peccatorum faciunt, ſed ſola fides. & alibi, Satiſfactio pro peccatis nulla ſunt opera noſtra. & iterum, Vehementer odi & ſublatũ vellem hoc vocabulum ſatiſfactio, quod non modo in ſcripturis non reperitur, ſed & periculoſum habet

In aſſert. arti.

Lib. viſit. In aſſert. arti.

ſenſum. ¶Ecce quid nunc Luther⁹ de ſatiſfactione. Quid autem olim ſenſerit etiam nunc audi, & antilutherum dignoſces. Tres ſũt partes ſatiſfactionis: ieiunium, oratio, & eleemoſyna. Idẽ, fœliciores ſũt hi qui per ſe ſatiſfaciunt, q̃ qui indulgentias redimũt: quum indulgẽtiæ nihil aliud ſint, q̃ relaxationes bonorum operum quibus ſatiſfactio impletur. & alibi, Pœna ſatiſfactionis arbitraria eſt, non in totum (vt illi volunt) ſed tamen neceſſaria. Nam aut nos, aut homines, aut deus ipſe punit peccata.

In reſolu tion. Con. 3. In artis au guſt.

In aſſertl. arti. 5.

¶Author.

PErpende nunc chriſtiane lector huius dogmatiſtæ perpetuam inconſtantiam, cuius tam varia eſt in re ſtabili doctrina: ita, vt nemo magis Luthero aduerſetur, quàm ipſemet Lutherus: nec alia in eum ſumenda erant arma, q̃ quibus ipſe ſeipſum perimit, & conuincit: ſuis ſcilicet antilogijs, ni doctrinæ huius facultas aliud expoſceret: quę non ad hũc tantum falſum doctorem elidendum, quàm ad aliorum periculis obuiandum laborat. Mirabile tamen eſt quàm ſibi Lutherani in hac materia de pœnitẽtia non conſtent. Quibuſdam ſiquidẽ locis pœnitentiam optimã atque ſufficientem dicunt eſſe nouæ vitæ inchoationẽ, quandoq; addendam eſſe & carnis mortificationem. Aliquando verò nec hoc quidem ſufficere, niſi exhibeamus noſmetipſos cũ Paulo in multa patientia, in ieiunijs multis, vigilijs & obſecrationibus: nonnunq̃ tamen iſta ſuperflua omnia atque ſuperſticioſa imperterrite affirmant. Itaque facilius anguillam cauda tenueris, quàm certã ab his in hac materia poſſis excerpere ſentẽtiã. Vbi ſatis ꝑpẽdes

2. Cor. 6

quàm diſpergant qui cũ Chriſto non colligunt. Hoc vnum tamẽ perſuaſum habent: ſiue addenda opera ſint, ſiue non, impie nos ad ſatiſfaciendum pro peccatis conari: tantum abeſt, vt neceſſariam iudicent ſatiſfactionẽ. Et quia hic error vnus eſt de pręcipuis & periculoſiſſimis, qui ex putrida hac camarina in Chriſtianorũ perniciẽ erupit, operę precium erit paſrumper in eo elidẽdo immorari. ¶ Quóniam etſi hęc Iouiniani olim fuerit hæreſis, in quem diuus Hieronymus (cuius non ſumus digni vt veſtigia deoſculemur) acerrime inuehitur, puto tamen iſtos eum non legiſſe qui ſic perfricta fronte eundẽ iamdiu ſepultũ exinhumarunt errorem, nulla vel Iouiniani actoris, vel Hieronymi expugnatoris, facta mẽtione: etſi ei⁹ ſit proſcripta ſententia, de pœni. & re. diſt. 2. atque vtinam diſtinctionem illam tertiam de pœn. vel ſemel purgatis oculis legiſſes, vt excogitaſſes quid patribus illis antiquis doctrina pręcellentibus mente à ſpiritu ſancto illuminatis, reſpondere poſſes, qui tã diſſimiliter de iuſtificatione peccatoris ante ſenſerũt. non dico diuum Auguſtinum tantum, quem ſi libro de vera & falſa pœnitẽtia perſcrutatus fuiſſes, te in eo tanquam in ſpeculo, à filij dignitate repulſũ antequam natum vidiſſes. ſed quid Cypriano, quid Chryſoſtomo, quid Hieronymo, atq; Ambroſio, plurimiſque alijs ibidem citatis reſpõderes (qui duras in te lanceas vt armati milites vibrant) deficeret profecto ſpiritus iſte tuus, vbi te tantorum gigantum agmine circumſeptum ac ſtipatum videres. quãobrẽ aſtu feceris non videndo, vt huius expers anguſtiæ vitam ſuauius tranſigas. nam vt effrons ſis, non potuiſſes non qualicunque rubore ſuffuſadi tantorum

inſpecta reuerentia patrum. Porrò nullus antiquorũ hæreticorũ vt fuerint pnitioſi, ita auſus fuit in ſacrã ſcripturã, ſicut vnus hic Luther cũ ſuis cõſectatoribus. Mirum ſanè eſt q̃ ſibi ſolis interpretandi authoritatẽ arrogauerint, ſubinde omnibus abrogauerint. ſed iam materiã ipſã aggrediamur. Principio ſtatuere oportet peccatorẽ deflectendo à iuſtitia, duo mala incurrere. Vnũ, ꝙ amiſſa illa quã cũ deo habebat per gratiã amicitia, ſeu priuata cõmunicatione, eius indignationẽ, quã offẽſã ſeu culpã vocamꝰ, incurrit. Alterum, ꝙ pœnis ſubeũdis quas deus in ſacra ſcriptura peccatoribus minatur, ſeipſũ pro merito addixit. quę duo vel elemẽtario cuiq; manifeſtiſſima ſũt. conſtat enim eum fieri pœnæ reũ, qui ſua culpa deflexerit à iuſtitia. His intellectis, oſtendere oportet quòd neq; culpa ſeu offenſa ſola fide remittitur peccatori, quæ remiſſio eſt iuſtificatio: neq; pœnæ etiã debitum ſine poſſibili ſatiſfactione diſſoluatur. Ita vt peccator qui mũdari & iuſtificari deſyderat, teneatur pro virili ad volendũ ſatiſfacere ꝓ cõmiſſis. ¶Quòd autẽ conatus hic operi adiũctus vocetur ſatiſfactio, placatio, ſeu cõpenſatio, perinde eſt: quando enim de re ipſa cõuenit, fruſtra de voce cõtenditur. Sed quia ea voce offẽditur Lutherus, eam abolitã & toto ſanè orbe depulſã exoptat, eius prius ſenſum & ſignificationem ei aperiamus.

¶Satiſfactio quid ſit.

Eſt igitur ſatiſfactio à ſacris theologis deſcripta cõpenſatio offenſæ vel pœnæ per emendam. Qui autẽ cõpenſare nititur, adęquationẽ quandã vt conſtituat inter offendentẽ & offenſũ oportet.

hanc autē iuſtitia nequit cōſtituere, niſi ſubtrahēdo ab eo qui plus iuſto ſibi arrogauit,& impartiendo ei à quo ſublatum eſt.Peccator autē quantū in ipſo eſt deo ſubtrahit obedientiā & reuerentiam, quā quiuis deo deferre eius præceptis obtemperando, tenetur:
Malach.1. quærente eo,ſi ego pater,vbi honor meus? & c. hoc nihil clarius.ergo vt à peccante aliquid per iuſtitiam ſubtrahatur,quod in honorem dei cedat,requiritur: Erit autem quod ad dei honorē delinquenti ſubducitur,bonum quoddam ei pœnale.quippe qui per delectationem ſibi quod ſuum nō erat attribuit, id dū (debitis circūſtantijs)peccator explet,ſatiſfacere dicitur, vt infra latius explanabimus. Quum autem homo triplici bonorū genere,naturę ſcilicet,fortunę, & animæ ſit à deo dotatus: ab his tribus vt ſubtrahat vnde ſibi inferat pœnam & afflictionem,conuenientiſſimū eſt:vt à corpore alimenta per ieiunium,à fortuna diuitias per eleemoſynā,ab anima ſtudij laborem per orationē & contēplationē: quę tria tres pœnitentię ſatiſfactorię partes à theologis nūcupātur.vt per ieiuniū carnis cōcupiſcētiā,ꝑ eleemoſynā oculorū libidinē, per orationē vitę ſuperbiā cōpeſcat, & deprimat homo: eóq; fiet vt deo ꝑ orationē, ſibi per ieiuniū,proximo ꝑ eleemoſynā vinculo charitatis cōiungatur, adhęreátq; deo magis dū corpus cū
1.Cor.6. apoſtolo caſtigando ſpiritui ſeruire cogit vt vnus cū deo fiat ſpiritus,quę adhæſio non niſi his cōparatur exercitijs ab eo cuius cor receſſerat à domino:dicēte
Iohel.2. eo,Conuertimini ad me in toto corde veſtro,in ieiunio,& fletu, & planctu. ſiquidem vnumquodq; per quas contrahitur cauſas, per eaſdem ſolui vel diſſolui habet.Quum ergo homo peccando à iuſtitia

per delectationem exciderit,vt eidē per qualemcūq; afflictionē recōcilietur,nū nō par eſt & decentiſſimū? Ecce Luthere,q̄ ſimus in hac materia vagi & à iuſti ratione lōge.Nec putes nos hac noſtra ſatiſfactione quicq̄ velle deo afferre,erras qui ſic exiſtimes.Scim⁹ nempe quòd ſiue peccauerimus, ſiue iuſti fuerimus, nil deo afferre,ſed neque auferre quidem poſſumus. ipſe enim es qui ſi bene egeris,recipies:& cuius,contra, ſi male,ſtatim peccatum apparebit in forib⁹.ſed quia delinquendo, eius nos oppoſuimus voluntati, cuius honori detraximus,iuſtitiā cōtempſimus,omnipotentiam neglexìmus, eo per prophetam dicēte: Si me nolueritis audire, vt me ad iracūdiā ꝓuocetis. & alibi,irritauit impius deum, exacerbauit dominū peccator,æqum eſt vt qui ad frugem ſeipſū recipere cupit,iuſtitia cōſpectui eius appareat cuius gratiam inire molitur.ſic namq; ſacrificium illud iuſtitię quod ſpei fiduciam tribuit non inanem, poterit homo ſacrificare, indéq; ſibi ſalutis ſpem haud infirmam polliceri,ſi eo ſperandum in domino dicit propheta. Nec puto ſola nouęvitę īchoatione ſacrificiū hoc expleri, ſi verum eſt quòd ſacrificium deo ſpiritus cōtribulatus,non enim ſine cordis compunctione hoc perficitur ſacrificium ab eo qui iuſtitię leges violauit:ſi de dictis in cordibus & cubilibus cōpungendum cenſet propheta, qui ait: quę dicitis in cordibus veſtris cōpungimini .An ſola nouæ vitę inchoatio dicenda ſit cordis cōpunctio, ſpiritus tribulatio, & non potius cōmiſſorum pœnitudo, pręteritorū dolor, vitę ante actę deteſtatio,intelligāt qui norunt q̄ malū & amarum eſt dominum dereliquiſſe,dum elapſa tempora cum animi amaritudine rex ille propheta deplorat,

Occurrit obiectioni.

Pſ.9.

Pſ.4.

dicens: recogitabo tibi omnes annos meos in ama-
Eſaie. 38. ritudine animę meę. Non ergo ſit tibi religionis ſcru
po hęc ſancta vox ſatiſfactio, quę nulli vnq̃ ſancto-
rum fuit in offendiculum: & vtinam non tam ſigni-
ficatum q̃ vocem ipſã horreres. hoc planè eſt quod
tibi negotium faceſſit, non vox ipſa. Num non vſus
obtinuit vt ſatiſfactũ quis ſibi de damno vel iniuria
æſtimet, qui ea contentus eſt recompenſa, qua eum
placatũ reddit offenſor? Cũ ergo dominus ſe à pecca-
toribus offenſũ interdũ & placatũ dicat: vt eſt illud,
Et placatus eſt à furore dominus, & propiciatus eſt
domin⁹ populo ſuo, quid obſtat quo min⁹ ſibi ſatiſ-
factũ dicat? ſed de hoc ſatis, rẽipſã iã aggredi libet.

¶Vnde oriatur ſatiſfactio.

VT rudium ingenio pro tempore futuro con-
ſulatur magis, vnde ſatiſfactionis valor ortũ
traxerit aperiamus. quem etſi à Chriſti paſſi-
one duci nemo dubitet, quo tamen modo quáve id
neceſſitate fiat, non omnibus eſt manifeſtum. Noſſe
igitur oportet ſacratiſſimam Chriſti paſſionem non
ſtatim quo expleta eſt, nobis fuiſſe applicatã omnib⁹
modis quibus vtilis eſſe poteſt, alioqui ſuꝑfluerent
eccleſię ſacramenta, neq; his opus eſſet: quãdo factũ
eſſe à Chriſto credimus quidquid eis ſuffragãtib⁹
nobis ſubuenire poteſt. quod tamen aſſerere Pelagij
hæreſis fuit, vt ergo paſſionis huius fructus nos cõ-
tingere poſſint, medijs quibuſdã, ad hãc nobis appli-
candam vti oportuit, quæ vel ſacramenta ſũt vt di-
ximus, vel certe ipſa virtutis opera. vtriſque enim à
Chriſti paſſione velut à theſauro infinito haurimus
nobis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. quæ

quidem paſſio glorioſa deo patri oblata quum nedũ fuerit gratię et glorię meritoria ſeu nobis impetratiua,verumetiam pro cõmiſſis ſatiſfactoria,par eſt,vt eiſdem ſuffragijs vtrũq; in ea repertũ nobis aſciſcamus effectum,meritũ ſcilicet & ſatiſfactionem . hæc enĩ indiſſolubilia ſunt in ſubiecto capaci.Simul(ſanè pœnę obnoxius dũ frugi ſe recipit, impetrat à deo gratiæ aut gloriæ augmentum,& pœnę debitę exſolutionem in toto vel in parte. neq; iſta diuelli poſſũt in effectu,quæ neceſſariam habent in cauſa connexionem,ita vt applicata noſtris operibus Chriſti ſatiſfactione coaleſcat in ipſo ope bono & gratię & gloriæ augendarum meritũ & exſoluendę pœnę debitę virtus, quæ ſatiſfactio dicitur.eóq; fit vt tantum de pœnis futuro tempore exoluendis nobiſipſis ſubtrahamus, quantũ acerbius his iudicium præſenti tempore ſubire conamur. Neq; aliter à Chriſto nato ad huius vſq; calamitatis tẽpora noſtri primores (ſed neq; eccleſia dei)ſenſerunt:quæ nos infra ab exẽplo clariora reddemus.

¶Non ſola fide peccatori culpæ noxa remittitur.

PRincipio, culpam ſeu offenſam , non ſola fide remitti , iam ſatis oſtenſũ puto ſuperiore tractatu,vbi veram perueniendi ad vitã, viã in mãdatorũ obſeruantia ſitam eſſe teſte euangelio cõprobauimus:Si vis(inquit)ad vitam ingredi, ſerua mãdata.atq; eædẽ rationes adducendæ ſunt ad probandũ,non ſola fide hominẽ iuſtificari à peccatis,quib⁹ ſuadebamus nemini ſalutẽ ſola fide contingere, vbi facultas eſt operandi. ſiquidẽ fides ipſa viã oſtendit, charitas ingreſſum prębet, opera verò ipſa vtriuſq;

explent obſequium, dicente apoſtolo, Miniſtrate in
2 Pe. 1. fide veſtra virtutem, in virtute ſcientiam, in ſcientia
verò abſtinentiam & c. Fide enim acceditur ad deũ,
cui dilectione cõiungitur, opere verò ipſo ſtabilitur
& obfirmatur in vtroq́;, vt latius ſupra deduximus.
At pro ampliore doctrinæ cõplemento, non pigebit
adhuc vno vel altero argumentis, id verũ oſtendere,
quod propoſuimus probandũ, quòd non ſola ſcilicet
fide, culpa remittatur: id eſt dictu, quòd non ex eo
Lutherani. quòd credo mihi culpam eſſe à domino cõdonatam
(vt iſti aſſerunt) & ſalutem mihi contigiſſe à deo,
miſericordiarum patre: ideo ſine pluri, ſum à peccato
immunis, & pacẽ adeptus, quãtumlibet firmiter (vt
aiunt) fidã, ſi ad iuſtitiæ, religionis, & pietatis opera
minus inueniar ſedulus & debitus operator, quod
eſt dictu, non ſolus fidei actus quantumuis firmus &
intrepidus, eſt ſufficiens præparatio ad hoc quòd
deus ſua gratia & benignitate remittat peccatori offenſam
in eum commiſſam, ita vt acceſſus ille p fidẽ
in valente opera fidei ſociare non ſit clamor ille ſufficiens,
qui dignus cenſeatur reſponſione miſericordiæ,
de qua ſcribitur, Clamauit ad me, & ego exaudiam
eum, quod ſic deduco: Primo, dilẽmate quodã
Dilemma. vtrinq́; (vt aiunt) hominem implectente, quia vel ille
actus fidei qui eſt fiducia, eſt ante recõciliationem &
gratiã à deo impetratam, aut poſt: ſi poſt, tunc non
ſeruit huic propoſito, quum iam des iuſtificatũ peccatorem:
ſi ante, hoc iam contra te & tuam doctrinã
aſſeris: quippe qui nullam admittas fidem informẽ,
ſeu charitatem non formatam. modo ante habitam
gratiam & ſalutẽ, qualis erit fides illa quæ peccatori
talem tribuit fiduciam, quæ ſecuritatẽ ſecure ſpõdet

& pollicetur? Non ergo tibi ſatis cõſtas,qui hęc aſſe-ras & affirmes,quæ non niſi cũ totius tuæ dogmatis iactura ſuſtinere potes forſã, ni ea velles nunc vti philoſophica diſtinctione de prioritate temporis vel naturæ,quam tu miris cachinnis deridere ſoles. Ne quæſo queraris te ſophiſmate complexum, quando te tibi tua oſtẽdo doctrina cõuictum atq; perplexũ. ſuis enim interdũ cõfoditur Goliat armis. At dices, idẽ poſſe retorqueri dilemma in eos qui operũ meri-ta iactant, quod non refellerem quidem,ſi his iuſti-ficari hominem cõtenderent ipſi, quemadmodũ vos de fide vultis aſſentari. At nos nihil tale operibus ipſis arrogamus,ſed ꝙ vitę ęternę ſint meritoria,dũ à ſubiecto grato proficiſcũtur,ita vt donũ dei ſemp ſequantur & non præcurrant:& ſic perſtant quę di-cimus ſtabilita,& decidunt quę dicitis à veritate de-pulſa,dum nulla ſola fides iuſtificat hominẽ,ſed neq; aliqua creatura,ſed ſolus ille qui iuſtificat impiũ. Et quãdo id virtuti cuiuis tributũ in ſacris literis legis, (vt illud, fides tua te ſaluũ fecit)intellige prius ſub-iectum,à quo talis virtus procedit gratiæ dono pręuentum & informatum. quandoquidem nemo ſibi primã meretur ſalutem,etſi fide interdũ & opere ad hanc diſponatur obtinendam.

¶ Altera perſuaſio.

SEd quàm ſit noſtra hæc poſitio ſacrę ſcripturę conſona,iam nunc ſi libet audire, percipies:le-gimus ſiquidem apud Eſaiã quòd cum dominus in-ſtruendi populi formã prophetæ traderet, ſimul & declamationis materiã aperiret capite eo,quod inci-pit,Clama ne ceſſes,& c. de modo quo ſe etiã popul⁹

ad diuinę gratię participationem parare deberet, pphetam inſtruxit, dicens: Me etenim de die in diem
Eſai. 58. quærunt, & ſcire vias meas volunt, quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, & quæ iudicium dei ſui non dereliquerit, rogant me iudicia iuſtitię, & appropinquare deo volunt. ex qua dei noſtri fœcũda ſententia aliquot ſubducere puncta licebit. Primum, pręſumptio eſt non leuis, regnum dei quærere, & iuſtitiam eius nolle ſubire: quæ quidem iuſtitia opera ſunt virtutũ, vt hic & apud Matthęũ idẽ deus & dominus exponit vbi regni dei comitẽ iuſtitiam ipſam denunciat: &
Matth. 6. qui vnũ quærit, ad alterũ vt nitatur oportet, quęrite (inquit) regnum dei & iuſtitiam eius. Secundum, fruſtra populo denuntianda ſcelera & peccata eorũ commonet, qui nullam de eis diſplicentiam, dolorẽ, vel ſatiſfactionẽ expetebat, vt diceret ãnũtia populo meo ſcelera: quod vos habetis concedere, qui nullam ponitis neceſſariam contritionem, aut ſatiſfactionẽ, ſed ſolam nouæ vitæ inchoationem. Tertium, qui à deo ſemel receſſit, niſi iuſtitia accinctus conſpectui eius appareat, non eſt dignus qui ei appropinquet. & appropinquare (inquit) deo volunt. Quartum, à fide deuiat, qui ſola fide cõtentus deum quærere, & vias eius ſcire contendit. non enim iudicium & iuſtitiam
Pſ. 24. fecit vt recte dicat, Vias tuas domine demõſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me, quæ omnia clariora ex eodẽ Eſaia capite citato, reddamus, vbi increpatis ijs qui contẽptis iuſtitię operibus diuinas fores pulſare præſumpſerant, quibus eſſet deus conciliandus muneribus, per duas iuſtitię partes aperuit, dicens: Nónne hoc eſt magis ieiuniũ quod elegi? diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimẽtes.

Ecce primam iuſtitiæ partẽ, recedere ſcilicet à malo. ſequitur alter. adimitte eos qui cõfracti ſunt liberos: & omne opus dirumpe: frange eſurienti panem tuũ, & egenos, vagóſq;, induc in domũ tuã: cum videris nudum operi eum, & tunc anteibit faciem tuam iuſtitia tua. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet ecce adſum. Intellige ergo quicũque ſis, iuſtitiam tuam ex bonis ipſis operibus coaleſcere: vt vel ſic deſinas ſolam fidem ſpretis operibus commendare. non ergo ſola fide culpa remittitur, quę tot & tam copioſa pietatis opera, ad ſui expiationẽ, deo exigente requirit. non quòd his vt diximus operib⁹ nobis primã cum deo promereamur reconciliationẽ, ſeu præuiã vt (aiunt) gratiam, vtpote donum ab ipſo deo gratuito creaturæ infuſũ. Sed quòd diſpoſitio ad hanc impetrandam (ſi qua ex parte creaturæ requiritur) non ſit ſola fides, ſeu confidendi actus, vt iſti aſtruere nituntur, quę nobis illius peccatricis cõmendata memoria ſuo clariora reddet exemplo: quã etſi fides plurimum cõmendauit, dilectione tamen à peccatis fuiſſe purgatã, veritas oſtendit: remittũtur (inquit) ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Audiſti, fides tua te ſaluam fecit, intellige quoniam dilexit multum, ne vni ſeorſum tribuas virtuti, quod ſine altera ſufficit neutra facere. omniũ enim virtutũ eſt hominem ad fęlicitatem perducere. ſed iam quibus ſe adminiculis ad hanc parauerit ſuſcipiendã ſalutem, ex euangelica hiſtoria perpendere licebit, vbi largis effuſis lachrymis, capillorũq; deterſis officio pedibus, pretioſa quoq; effudit vnguenta, alta ſuſpiria ab imo pectore trahit, oſcula plurima defigens domini pedib⁹, quęq; mũdi vaga magnifice ſpernit,

hiſcꝙ illectus officijs amor ille diuinus phariſaico aſpectui ea prꝗſentare ĩ eius ſuperbiꝗ depreſſionẽ nõ dedignatur, quin aſſumpta pro hac parabola cœpit: Simõ habeo tibi aliquid dicere &c. Non ergo ſola fide culpa expianda venit,quam tot ſuffuſam lachrymis,comitatã ſingultibus, ſacro euangelio intueris.

¶Satiſfactio eſt neceſſaria ad excluſionem pœnꝗ.

NOueris in primis pie lector,hos ſic circa ſatiſfactionis materiam eſſe faſcinatos, vt id appellent ſufficientem ſatiſfactionem,quin & pœnitentiam totam, ſi quis in melius vitã cõmutare proponit, etſi de præteritis non doleat, nec ꝓ cõmiſſis ſatiſfacere curet:vt ea ſit ſũma pœnitentia, qua quis ſe ad frugẽ recipit reſipiſcens: quod ex vocabuli etymologia cõfirmare nitũtur. μετανοεῖν enĩ græce quod nos pœnitentiã agere vel ſubire dicimꝰ, mentẽ aliam inducere, ſeu reſipiſcere interpretãtur, vbi ſi dictionem excluſiuam non adderent,nos certe ſecum haberent. non enim poteſt quis pœnitentiæ opera ſubire,niſi mentem, in bonum mutet.Et quis vnq̃ vel ſtupidus negauit quòd oporteat eum mẽtis propoſitũ mutare, qui nouã debeat inchoare vitã? ſed quòd hꝗc mentis mutatio ſolum tota ſit pœnitẽtia,hoc ſapit carnem,hoc ſcripturis repugnat,hoc refellimus,hoc à veritate alienum,vtriuſcꝙ teſtamenti authoritatibus oſtendemus.

¶Prima perſuaſio.

AGe nunc.quid eſt quòd dominus deus,protoplaſti offenſus inobedientia, dum eum ſibi reconciliare moliretur, de imponenda

ei pro cõmiſſo ſatiſfactoria pœna tractauit? non certe vno duobúſve annis explenda, quam in cunctam vitam comitem homini dedit. In laboribus (inquit) comedes ex terra cunctis diebus vitæ tuæ, nec eius generis erit labor, vt fuit ante delictũ, ad animi otiũ ſcilicet, & corporis vegetationẽ, ſed in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Nũquid non ſufficiebat vt polliceretur Adam ſe non amplius peccaturum, ſe in poſterum vitam in melius cõmutaturum? quorſum ergo dominus deus vitæ moleſtijs eum per vitæ tẽpus affligendum exponit? certe iam hoc durum ipſis Lutheranis videtur. quibus ſola ſufficit pro pœnitẽtia vitæ nouæ inchoatio, mentis mutatio. At aliter viſum fuit Deo opt. max. qui ſua ſũma clementia diſpoſuit per vitæ mortalis labores ad requiem perueniendum æternam. Imò eo ſe huius ſtatuti cõditorẽ oſtendit, quòd poſt ſecula multa (carne indutus humana) ab ea voce ſuę altiſſimę prędicationis exordiũ ſumpſerit, dicẽs: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorũ. Num Chriſtus omniũ peccata in cruce expiaturus hominũ egebat ſuffragijs? num non ſolus præſtare poterat ſalutem, qui noſtram ſic anxie interpellabat pœnitentiam? quid ergo pro argumẽto cõcrepas? Chriſto ꝓ omnibus paſſo nulla eſt neceſſaria ſatiſfactio: quaſi noſtro eſſet Chriſtus iuuãdus labore, & non potius nobis ipſis noſtris his exercitijs conſuleremus? reſipiſce igitur tu potius, & intellige ſẽper deo placuiſſe in peccatore pro modulo ſuo ſatiſfactionẽ: eúmq; huius pię vindictæ primũ fuiſſe inſtitutorẽ, quod adhuc amplius ſuadem9.

Gene. 3.

Matth. 4.

¶ Altera perſuaſio.

Numeri.12. LEgiſti(niſallor) Mariā, Moſis & Aaron ſororem,lepra ob murmurationis delictum,à domino percuſſam,quam neq; largiſſimę fratris eius preces (quamlibet deo grati)priſtino reſtituere ſtatui valent,ni prius pœna ſatiſfactoria diebus ſeptem pro crimine ſeipſam affligeret.clamanti ſiquidem Moſi ad dominū pro ſororis ſanitate reſponſū eſt à deo,ſi pater eius ſpuiſſet in faciem illius,nónne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? & ſeptē diebus ſeparetur extra caſtra,& poſtea reuocabitur. Num non pudore diſſolui,rubore ſuffundi, & ſolitudine eam affligi volebat,qui ſic à iocundo cæterorū conſortio exilio depelli iubebat?An illò exulem mittebat,vt luderet,ſaltaret,choreas duceret,& ſimilia?Num non potius,vt pœnitudine adfecta delicti cōmiſſū cognoſceret, cognitū retractaret, & ſe à facie oculorū domini proiectam deploraret? Non ergo deus ſola mentis mutatione contentus eſt pro pœnitentia.

¶Tertia perſuaſio.

AMplius,quid dicere poteris,quando audis ꝓphetam illum ſanctum , deo dilectum Dauid,diuinis iuſtificatū teſtimonijs, poſt culpæ remiſſionem, à domino deo factam, graues quoq; eiuſdē peccati luiſſe pœnas?audiuerat enim, Tranſtulit dominus peccatum tuum: eóq; ſibi culpā remiſſam intellexit , cuius tamen delicti pœnas ſuſtulit longas, cum dilectiſſimi filij morte , quam neque lachrymis ipſis,neq; ieiunij maceratione redimere potuit, tum etiam filij proprij perſecutione, ac vxorum in domo propria p propriū filium, cōſtupratione turpiſſima:

quã plagã mitiſſimus rex patiẽtiſſime ſuſtinuit,quin ſeruari intactũ hoſtẽ arctiſſimo præcepto iubet: Ser- 2.Regũ.18.
uate(inquit)mihi puerũ Abſalom.quid de acerba & grauiſſima illa gladij domini ſæuientis in populũ ſpe- ctatione:quã, etſi in delicti expiationẽ coercitus ele- git,eã tamẽ ſuſtinere grauiſſimũ fuit.Nitebatur ſiquidẽ,eam anxijs diuertere precibus nec valuit. Corde enim perculſus clamauit ad dominũ,dicẽs: Peccaui 2.Regũ.24.
valde in hoc facto, ſed precor domine vt tranſferas iniquitatẽ ſerui tui,quia ſtulte egi nimis.Quũmq; an- gelũ cedentẽ populũ vidiſſet, obſecrationi ſe cõmit- tens aiebat: Ego ſum qui peccaui, & ego inique egi, iſti qui oues ſunt quid fecerũt?num ibi agebatur tan- tum de noua vita in poſterum inchoanda? an non etiã de pœna pro cõmiſſis & dolore nfligendis? At interim internitio graſſabatur in populo, delicti ſu- mens vindictã,quo vſq; deo holocauſtis & pacificis in area Iebuſęi occurſũ eſt à propheta,quibus ſuſce- ptis ꝓpitiatus eſt dominus terrę,& cohibita eſt pla- ga ab Iſrael.an vir hic de recidiuo cogitabat,qui ſic amarè præteritę vanitatis recordatione affligeba- tur?tamen culpę noxa dimiſſa,pœnæ ſubeundę,legi- bus agebatur. Non ergo tota pœnitentię vis in no- uæ vitæ inchoatione ſita eſt. Quid verò de Achab Rege illo Iſrael ſentis,cuius capitis demiſſio cũ ieiu- nio & ad carnem cilicio dei omnipotentis iram cõpe- ſcuiſſe,eiúſq; in eum diram ſententiam mitigaſſe,nõ ſine ipſius regis cõmendatione perhibetur? Nónne inquit dominus ad Heliam,vidiſti humiliatũ Achab coram me?quia igitur humiliatus eſt mei cauſa,non inducam malũ in dieb9 eius. An hic mutandi in me- lius vitam propoſitũ haberet nec ne, neſcio. hoc vnũ

teſtante ſcriptura ſcio, non fuiſſe ante eum regẽ, qui ſic iram dei in ſe irritaret ſicut hic vnus Achab, qui malitia antecelluit prędeceſſores, & tamẽ his ſatiſfa ctorijs pœnis manũ domini cohibuiſſe, ipſe dominus teſtatus eſt. igitur valoris nõnihil ijs pœnalibus operibus adiunctũ: quod Ezechiæ lachrymæ, Niniuitarũ factũ, regis Manaſſe oratio, cũctis liquidò oſtẽdũt.

¶Ex nouo teſtamento perſuaſiones.

2. Perſuaſio. Matt. 5. SI nouæ vitæ inchoationem mẽtis reſipiſcentiam ſufficientem arbitraris ſatiſfactionem, quid eſt quòd dominus (teſte Matthęo) eius oblationẽ vel ſacrificium non fert acceptum, qui nõ prius proximo vel fratri ſuo reconciliari ob offenſã ſtudet? Num non iſte vobiſcũ dicere poſſet, domine omnes diligo, nulli malũ volo, nouam etiã inchoaui vitam, nec vt vnq̃ retro reſpiciam, mecum ipſe firmiter ſtatui. Quid ergo me tua iuſtitia remoratur? Cur oblatum munus reſpuit? Cur non de manu reſipiſcentis tua ſuſcipit benignitas ſacrificium? Cur me prius apud proximum meum rubore ſuffundi, tua iuſtitia ſtatuit? Num aliud in peccatore expetebas, q̃ vt ex toto corde vitam in melius commutaret? certe reſpõdebit tibi dominus; hoc oportuit facere, & illud non omittere: vt proximo per iuſtitiam, mihi ipſi per obedientiam ſatiſfactũ iri cures. quid ſi proximus nec curat, nec vllam ex me ſuſcipit ſatiſfactionẽ? iam abunde ſatis feceris, qui deo atq; eius pręceptis obediſti. eſt igitur aliquid erga deũ, quod vocabulo ſatiſfactionis dignum cenſeatur, quod non ipſa ſit reſipiſcentia, qui huius deductionis erat ſcopus.

At nũc nouæ lucis oraculis tecũ agere libet. Alta voce clamat lucifer ille Ioan.apud Matth. & Lucam: Facite fructus dignos pœnitẽtia, & ne cœperitis dicere, patrẽ habem⁹ Abrahã, &c. Si ergo nulla opera digna ſũt quę ſatiſfactiones dicantur, qui erũt illi cenſendi pœnitentia digni fructus? nec licebit hic ad fidẽ illam tuã recurrere, quando ea duci fiducia, phariſęos vetat Ioan. dicens: Et ne cœperitis dicere, Patrẽ habemus Abrahã, ne vos generis veſtri fiducia, aut ꝓmiſſionis Abrahę certitudo ſeductos veſtra hac teneat ignauia, ſi pietatũ opera neglexeritis, quę fructus pœnitentia digni ſunt: quod ex eo liquet, quia quęrentibus turbis quid facere deberent vt fructus pœnitẽtię dignos peragerent, ad pietatis opera pręſtanda mittebat Ioan. dicens: Qui habet duas tunicas, det nõ habenti: Et qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Iam ergo facile percipere potes, qui ſint fructus pœnitentiæ digni. ꝙ autẽ ſint vel ſatiſfactorij dicẽdi, iam nunc ſuadere ſic volo: Quum enim hęc pietatis opera ſint (euãgelio teſte) pœnitẽtiæ digna, aut ergo ſunt digna remiſſionis culpæ, aut ablationis pœnæ, aut vtriuſq; ſimul. hæ ſiquidem ſunt delicti omnis comites ĩdiuiduę. Si tertiũ das, iã plus petito tribuis: ſi ſecundum, nobiſcũ planè colligis, qui eam partem amplectaris, quam ſuadere nitebamur: ſi primũ, hoc ſanè fieri non poteſt, cũ nemo ſibi primã poſſit pro meritis aſciſcere gratiã, vt ſupra expoſitũ eſt. Quod ſi contingere poſſit, iam hoc cum tua è diametro pugnat doctrina, qui merendi efficaciam mortalibus cunctis abolitam aſſeras. reſtat ergo ſi euangelicus haberi vis, vt nobiſcũ ſentiens, eos dicas pœnitentię dignos fructus, qui poſt gratiam adeptam expiandę

[Margin: Prima perſuaſio. Luc. 3.]

[Margin: Argumentũ]

[Margin: Vrget hæc ratio.]

pœnę per ſatiſfactionem, & obtinendæ gloriæ per meritum; virtutem habent, & efficaciam. nam ſi non alterum vel neutrum horum poſſunt, quomodo cenſenda ſunt pœnitentiæ digna, quæ ad omnes pœnitentiæ partes prorſus inefficacia ſunt? Fruſtra ergo niteremur ad fructus pœnitentię dignos ꝑducēdos, qui per iſtos nulli ſunt. quin & vana ſacri euangelij admonitio eſſet & ſententia, quę eas arbores fructu plenas dicit, quę ne folia quidē iuxta iſtorum oracula habent. Iam tu nūc diſpice Chriſtiane lector ꝗ ab iſtorū fermento cauendū ſtatuas, qui te ab vberrimis Chriſti paſcuis extractum, ad Libycas ſolitudines, ad Arabū auia abigere & tranſmittere tentant.

Tertia perſuaſio. Si in cōquirendo & debellando regno dei nulla eſſet ex parte creaturæ iuſtitia, vtiq; ne ſatiſfactioni locus quidem eſſet, quādo vindicatiuę iuſtitię partes, ſatiſfactione ipſa coęquantur. At cū iuſtitię nerui quibus dei regnū obtētū iri Chriſtus ipſe teſtatur, operibus ipſis humanis nō raro (eo teſte) reperiātur, quid obſtat quo minus ſatiſfactoria talia opera dicātur etiā meritoria? Si verū eſt ꝙ cęleſte regnū noſtris ſtatuerit expugnandū conatibus cæleſtis ille rex: qui ipſū vim pati aſſerit, & à violentibus rapi contendit, dū ꝑ anguſtam portam eò intrandū decreuit. Quā quidē portā digito oſtēdit, dicens: Niſi abundauerit iuſtitia (Matt. 5.) veſtra pluſꝗ ſcribarum & phariſęorū, non intrabitis in regnum cælorum. quę autem hæc iuſtitia ſit, qua abūdare debemus, veritas ipſa expoſuit, dum opera ipſa bona iuſtitiam appellat noſtrā, dicens: Attēdite (Matth. 6.) ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Nec aliter tibi iā cōmētari licebit, dum quæ ſit hæc iuſtitia, ſuperbiæ & iactantiæ vētis

non exponenda ibidem ſubnexuit Chriſtus, qui ait: Cũ facis eleemoſynã, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.& idem, Cũ oraueris, intra cubiculũ tuũ & c.Atqui quũ ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ. vides ne armorum copias, quibus regnum illud cæleſte expugnandũ proponitur tibi? Non ergo eſt cur nobis obblateres, qui has pœnitẽtię & ſatiſfactionis partes finxerimus: quando eas euangelio tibi ꝓſcriptas oſtendimus. vultis vos quidẽ regnum dei, at nõ iuſtitiã eius, qui ſic labores fugitis, & bello terga dare non erubeſcitis, acclamante (quin & aduocare nitente vos) diuo Paulo, qui ait: Vobis datum eſt nõ ſolũ vt in eum credatis, ſed & pro eo patiamini. Nã ſi cõmortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus. nõ igitur tota pœnitentię virtus in nouæ vitæ inchoatione ſita eſt, quando irrũpendũ ſuſpirijs ſcriptura monet, interpellendũ gemitibus, ſequeſtrandum orationibus, atq; ita in poſterum viuendum, vt prius vitæ prętéritæ moriamur. Phili. 1. 2. Timo. 2.

¶Reſipiſcentiæ modus & ordo.

PRæfata omnia clariora reddentur, ſi reſipiſcentiæ modum & ordinẽ nobis ipſis depinxerimus: quẽ diuus Paulus multis in locis, 1. Cor. 11. tamẽ epiſtola ad Corinthios prima cunctorũ oculis opponit, dicens: Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur. dum iudicamur autem, à domino corripimur, vt non cũ hoc mũdo dãnemur. vbi diuus Paulus ſecreto conſilio modum quo peccator correptricem dei manũ diuertere poſſet, ne in reſurrectionem iudicij venire contingat, paucis quidem verbis aperuit, vt ſcilicet ſeipſum diiudicét, diſcutiat, & examinet homo, hac eum donatũ libertate oſtendẽs, qua

poſtmodū furor & corripientis ira,reſipiſcenti miteſcant. Amor nempe tui te ad reſipiſcētiam iſtam incitabit & impellet primus, vtpote affectionum omnium prima. Accedens timor amori calcaria ſubdet,prudentia modū præfiget, iuſtitia penſam iuxta prudentiæ modum taxabit: hanc ad perſoluendam, iuuabit plurimū tēperantia,fortitudo verò ne labori ſuccūbas,animum firmabit:ijs ſe adiunget omnibus charitas ipſa,ſine qua nihil validū,nihil ſanctū, quæ huic fide incepto ædificio complementū det & perfectionem.ab hoc ſanè officio commendatur ab apoſtolo dicente:Super omnia charitatē habentes,quod eſt vinculū perfectionis:qua velut noua luce animo orta,terroris nebulæ,quibus perterrita cōcutiebatur conſcientia,effugantur & diſperguntur:fitque vt excuſſis prioribus illis concuſſionibus maneat ſecura mens,vt iuge cōuiuiū, operāte hæc omnia vno atq; eodem ſpiritu in nobis,non tamen ſine nobis,vt ſupra expoſitum eſt.

Ordo virtutum.

Collo.3.

Pro.15

¶Lutheranorum Argumenta.

Hebre.10.

Obijciunt cōtrà Lutherani, Chriſtus vna oblatione conſūmauit in æternū ſanctificatos, qua cūctorū peccata deleuit,pro híſq; ſufficientiſſime ſatiſfecit: tua ergo ſatiſfactio ſuperuacanea eſt, quando nihil ea perſoluendum Chriſtus reliquit.an quod nequiuit ſupples,vel quod noluit addis?

¶Catholici.

EOdem argumento diceres,nō debere,p nobis in crucepati. fatemur, Chriſtum redemptorē pro totius mūdi delictis deo patri ſatiſfeciſſe. At maximi refert dicere ſatiſfecit vel ſatiſfactionē

applicuit.nos enĩ non aliam alteriúſve rationis ſatiſfactionẽ afferre conamur, ſed ſuam nobis noſtris (vt diximus) applicare conatibus.qui etiam ſatiſfactiones dicuntur,quẽadmodum opera bona dicũtur meritoria, non vt illius ſuppleamus defectũ, vt inepte opinamini:ſed impleamus defectum & volũtatẽ cum Paulo,qui audet ea quæ deſunt paſſionũ Chriſti in carne ſua adimplere, ſi verum eſt,Chriſtũ in ſuis membris pati.perinde enĩ eſt quod capite, manu vel brachio,opereris, dũ ab eodẽ corpore prouenit opus, ſumus ſiquidem mẽbrum de mẽbro corporis eiuſdẽ cuius caput Chriſtus eſt. dicimur tamen vere ſatiſfacere, ſicut & verè mereri ex condonata nobis largitate:ſi verũ eſt,nos ei paſſo cõpati, vt cõregnemus. Eodẽ planè argumẽto probares Chriſtũ non debere pro nobis mori,qui iam pridem ſua ſacratiſſima incarnatione, & aſſiduis vitę laboribus nobis quidquid ad remedium congruebat emeruerat.non ergo continuo fruſtra cruce pependit,qui amplioribus cauſis id ſibi meritum & nobis condonatum fecit. liceret procul dubio per vos Chriſtianis cunctis otio vacare, perſoluto iam diu pro delictis pretio:at iſta indigna ſunt quæ Chriſtianorum auribus ſuſurrent.

¶ Ex quo licebit colligere triplicem modũ vel viam quibus Chriſti paſſio nobis applicari poteſt.quia vel per viam meriti, vt in opere virtutis perfectæ: vel per viam ſacramenti etiam abſq; opere quocunque, vt in paruulis ſuſcipientibus ſacramẽtũ:aut per modũ ſuffragij, vt fit indulgentijs apoſtolicis, & ſanctorũ meritis,vel ſuffragio. vnde inoleuit eccleſiæ cõſuetudo, vt abſoluentes à peccatis addant,paſſio domini noſtri Ieſu Chriſti,& merita virginis Marię,& õniũ

ſanctorum & c. Itaq; pro reſolutione habemus nullũ opus ſuapte natura ſatiſfactorium, niſi q̃tenus ſibi aſciſcit Chriſti ſatiſfactionem: ita vt quemadmodũ ex gratia & opere meo inſurgit in me meriti ratio, ſic ex ſatiſfactione Chriſti & opere meo pœnali coaleſcit opus ſatiſfactorium, quod tamen creaturę tribuit, etſi vtriuſq; ſit opꝰ. ꝙ ſi minus iſta tibi arrident, iam tu nouus hoſpes (ne dicam hoſtis) eris eccleſiæ.

¶Secundo obijciunt Lutherani:

OPera quæ vos theologi ſatiſfactoria dicitis, cuius generis ſunt oratio, ieiuniũ & eleemoſyna, cõmunia ſunt fidelibus & infidelibus, iuſtis & iniuſtis: & ea ſæpe mẽtitur hypocriſis: temerarie ergo audetis talia deo ſatiſfactoria nuncupare.

¶Catholici.

NVm non Paulum legiſti dicentem: Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi ꝓdeſt. nõ ergo ſufficit bona agere, ſed bene prouerbio celebratur id Cice. 4. quæſt. Tuſc. homines frugi õnia recte faciũt. itaq; duplici ratione rimanda ſũt opera: quia vel quo ad ſubſtãtiam, vel quo ad modũ. Primo nanque modo nuda ſunt & merito & ſatiſfactione, qua etiam ratione expleri poſſunt ab infideli, & hypocrita chriſtiano. nullus enim ambigit quin infidelis poſſit ieiunare, eleemoſynas indigẽti tribuere, carnem iugiter affligere, & id genus alia quæ verus Chriſtianus in dei gloriam factitat. At ille eadem debitis circũſtantijs comitari neſcit infidelis, qui in foribus delinquit, dum ſine fide deo placere conatur: 1. Cor. 13.

ſit inſignitus,perfectionis tamen vinculũ quæ charitas eſt, fidei ſociare negligit, ille quẽ neſcit adorat, ille quem adorat contemnit: neq; ob id ſunt continuo bona opera peccatoribus omittenda,quæ quamuis fine extorto deprauari contingat(vt pote quę ſine fide vel charitate deo grata eſſe non poſſunt) nil tamen vtilius peccator in gratiam cum deo redire cupiens facit, ſed neq; facere poteſt,q̃ ſi pœnitentiã in cinere & cilicio agat,quàm ſi pauperum ęrumnas leuare ſtudeat, eorũq; ambiat per eleemoſynas ſuffragia,& de mãmona iniquitatis ſibi cõciliet amicos.

¶Tertiũ ſophiſma Lutheran.

Obijciũt tertio Lutherani: infinitus nõ niſi infinita ſatiſfactione conciliandus.quum ergo creaturæ omnes finitę ſint virtutis, quomodo in hunc poſſũt infinitũ valorem? vnde hanc Atlanticam induxerũt ſibi virtutem?

¶Catholici.

EOdem ſophiſmate ad delictũ retortum probares nullum in deum poſſe peccare: ſiquidẽ infinitus non niſi infinita erat culpa afficiendus,& infinita irritandus iniuria,tamen ſe à peccatorib⁹ in iram prouocari minaci verbo ſignificat: Si me (inquit)ad iracundiam prouocaueritis &c.Quicquid ergo infiniti in delicto reperitur,id in cõpenſa reperiri non dubites, quin & plus aliquid: dum ad boni operis meritum gratia diuina aſſiſtit, quæ potiores in eo tenet partes,vt ſupra expoſuimus.Ad demeritum autem ſola defectiuæ voluntatis malitia pręſtat,dicente domino: Perditio tua ex te, tantũmodo ex me auxiliũ.deus ergo ipſe qui infinitus eſt,à finita creatura offenditur ſuperbia, & ille idem ab eadem

conciliatur ſubmiſſionis humilitate:æquum ſanè fuit vt qui noſtris demeritis irritatus,nobis merito ſuccenſebat, noſtris contra meritis placatus, quæ male geſſimus indulgeat.reſolue igiť quòd non æquiualētem, ſed ſufficientem deo reddimus ſatiſfactionem, dum quod deo optimo maximo delinquendo ſubtraximus, eidem reddimus ſatiſfaciendo, obedientiam ſcilicet & honorem. His & ſimilibus ſophiſticis rationibus innixi Lutherani ad negandā ſatiſfactionē (tertiam pœnitentię partem) ſe accinxerunt minus circunſpecti,quòd hæc omnia ſint à doctoribꝰ ſcholaſticis citata,diſſoluta,& contrita:quos cum iſti penes ſe contemnere ſtatuerint, grana (quæ paſſim in eis optima reperiuntur)ſimul cum paleis abiecerūt. eóꝗ fit,vt quę nobis aſſidua lectione īnoteſcūt, iſtis (qui ſoli ſapere contendunt) nullo conducente doctore difficilima videantur, hæreántꝗ ibi, vbi nos lympido calle tranſimus.

¶Exemplo dicta clareſcunt.

IAm verò ea quæ de virtutum & valore ſatiſfactionis ſupra commemorauimus,exemplo clariora reddamus. ſit igitur diui Auguſtinī perſona,quæ ſpecimen aliquod huius rei vel typum nobis gerat:qui quidē Auguſtinus iuuenilibus exutus deſyderijs,è profundis tenebrarum euocatus ad cœleſtem & veram claritatem eſt euectus:is diuinā aſſecutus clementiam,non ideo deſiuit operibus bo-

mouebat nec ne? quòd ſi nihil, miſerrima profectò
1Cor.15. deo ſeruientiū conditio in hac tantū vita ſperantium
ſimilis,& tunc quis altero in gloria diſparem,aut in-
Ioan.14. æqualem ſortiretur locum, cuius oppoſitū ſcriptura
ſentit,quæ diuerſas iuſtis cōſignat manſiones,prout
ſtella claritate differt ab altera.Si autem aliquid pro
mouet,vt fateberis quicunq; ſani capitis es, iā quid
illud ſit nobis effunde, nec te pudeat quod non tutis
deponendū ſit auribus. quod ſi minus aſſequi vales,
dicā ipſe quę ſentio.Hic deo charus Auguſtinus dū
ſedato mentis turbine recolit quæ perperā in iuuē-
tute geſſit, mēbra quæ iniuſtitiæ & iniquitati ad ini-
quitatem ſeruierant,vt iuſtitię ad iuſtitiam ſeruiant
in frugi vſus cōuertit, quo ſacrificio eum placatum
reddit,qui cor contritū & humiliatū non deſpicit,fit
que vt arctioris amicitiæ vinculo eū ſibi deuinciat,
qui talibus gaudet promereri hoſtijs. hæc autem cū
deo coniunctio vel connexio maior,niſi per gratiam
ampliorem,eſſe non poteſt:quando hæc potiſſima a-
micitię pars eſt,vt amico benefaciamus cū poſſum⁹.
poteſt autē omnia deus.quum ergo hic fidei meritis
& charitatis auxilijs deo magis adhærere contendit
quatenus vnus cum eo ſpiritus fiat,quę adhæſio niſi
per gratiam,nec intelligi quidem poteſt,perſpicuum
eſt hunc Auguſtinum abundantiori gratiæ dono in
horas erga deum profundi,ſi de virtute in virtutem
in corpore agentibus itur ad deum.quiquidem pro-
greſſus augendæ gratiæ meritum à theologis voca-
tur. Porrò hic Auguſtinus gratia donatus,quem iā
diuina oblectant,an ſimul cum offenſa vel culpa ſibi
remiſſa ſit etiam pœna debita nec ne,certo non ſcit,
ſed neq; ſciri in hac vita poteſt. Ad hanc ergo pro

virili expiandā ſe pręfatis operibꝰ quæ ſatiſfactoria nuncupamus accingit. Cui conſentaneum eſt tantū de pœnis remitti, quantum per proportionem ad altiorem amicitię gradum donis euehitur potioribus, vt ſic pari paſſu currant & gratiæ augmentū in ꝓficiente, & pœnę debitę purgatio in eodē huic obnoxio. ſiquidē ab amicitię legibus alienum arbitramur, vt quē citra diſpendiū poſſū à miſeria leuare amicū, acerbis affligendū relinquā tormētis, ſi is potiſſimū viribus adnititur non eſſe ſoluendo: quod facit, dum cuncta amici arbitrio diſponēda relinquit, qui in ōnibus ei parere curat. Adde quòd amicus iſte deus opti. nihilo indigens, omnibꝰ bene & nulli male vult. Acceptat ergo deus in pœnę expiationem mortaliū ſuffragia, quod ſuadere nitebamur.

¶Peroratio.

HAec ſūt (Chriſtiane lector) quæ nobis de efficacia meriti & operum bonorū ſatiſfactione breui & ſūmaria ſpeculatione contra periculoſiſſimum Lutheranorum dogma occurrerunt, tibi & alijs ꝑſpicatioris ingenij viris ſubtiliora relinquētibus: quæ ſi ea iſti in quos laboratum eſt animi puritate legere cœperint, qua à nobis prodita ſunt & ſcripta, ſpero fore vt nō minus quibꝰ res eſt anceps, hęc lecta proderunt: q̄ quibus integra, erunt ſolatio. nam quibus deſperata, vileſcent ſi verum eſt quòd qui ex deo non eſt verba dei audire nequaq̄ poteſt.

ſibilet in te euãgelica metaphora: Cecinim⁹ vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus vobis, & non planxiſtis: cæleſtis vitæ viam tibi aperuimus, futuri iudicij horrorẽ auribus tuis obtruſimus, an tu vnũ alacri vultu, alterum vero corde pauido (vt decet) ſuſceperis néc ne, ipſe videris: hoc vnum ſcio, te tua non purgari ignoratione, quũ ea perhenniter pereas, dicente Do-
Oſee.4 mino: Plus nõ intelligẽs vapulabit. Nam qui igno-
1.Cor.14. rat ignorabitur, inquit diuus Paulus. Et quomodo tu purgari erga deũ vis qui erudiri renuis, illuminari recuſas, admonentes te odis, corrigentes abigis, inſtruẽtes expellis, eos verò qui te decipiunt, amplecteris, nutris, & foues? Num non digna es (ò plebs inualida) quę relinquaris à domino vt malus in ver-
Ier.23 tice montiũ toties per eum admonita? Noli (inquit) audire verba prophetarum qui decipiunt te, viſionẽ cordis ſui loquuntur, non de ore domini. lignum in-
Oſee.4 terrogaſti, igitur baculus annũciauit tibi. decipi vis, decipieris ergo: in ſordibus es, ſordeſces adhuc. Memor igitur eſto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, illa inquã opera quibus ſalui facti ſunt patres tui, ſi tamen eos ſaluos credis. Quorũ prohdolor iam ſepulturã ignoras, nec debiti ſuffragij obſequiũ curas. Num maiores tuis omnes à quingentis ſuper mille annos & vltra in præceps Orco ruerunt, & ruunt quotquot hodie tuã nõ ſectantur vmbrã? Conſidera igit̃ tu potius vbi nũc proſtrata ſis, quæ quondam virtutis gloria fulgebas, quæ fide pręſtabas, bonis florebas operibus, iam nũc iſta tua arundinea fiduciaa otiris, pernicioſa ſegnitie torpes, & magna tui pars voluptuoſæ libidinis conſpurcatione ſordeſcit. nũquid non præſtitiſſet illis antiquis

excercitijs quantũuis inutilibus vacare,q̃ portẽtoſis his vicijs ſic temulẽto ſpiritu indulgere? tu ipſe diiudica & qualis fueris & qualis nunc ſis, vel flagitij tãti turbinis caſſata intellige memor populi tui ſimilis decepti, cui dixit dominus, Popule meus, qui te beatũ dicunt ipſi te decipiunt. Excutere ergo puluere iſto quo ſordes, & mẽtis oculis in rectum defixis in memoriã reduc illos dies priſtinos, quando tibi bene cũ deo erat, quando ſplendebat lucerna eius ſup te, quãdo ſecreto ipſe habitabat in tabernaculo tuo. neque enĩ abbreuiata eſt manus domini, vt nõ poſſit etiam nũc ſaluare ſi à ſecordia hac tua reſipiſcere voles, vt cũ Niniuitis pœnitẽtiam in cinere & cilicio agas, vt auertatur à te furor domini, qui cõtra te iam pridẽ excitatus eſt. Obuijs vlnis te pater miſericordiarum excipiet, qui neminẽ perire, & õnes homines ſaluos fieri vult: qui prodigũ illũ filiũ, quũ adhuc lõge eſſet cognouit, ſuſcepit, amplectitur, & lautum prę gaudio parat cõuiuiũ: accede ergo tu popule dei & clama cũ prodigo, Pater peccaui in cælũ & corã te. qui ſcis ſi cõuertatur & ignoſcat deus, & relinquas poſt te benedictionẽ? hæc tibi popule decepte breuis fuerit ad ſalutẽ exhortatio. quã ſi in tuũ cõmodũ benignus ſuſcipias, è re tua agere non dubites: ſin verò tanta eſt in te nequitia, vt exhortãtes contemnas, & admonitiones oderis, & correptiones repellas: iã fidẽ nobis feceris obfirmatę iræ domini cõtra te, qui inſanabili

SEd iam quid tu miſer huius populi impoſtor diſcere potes? quē acerbior manet atq; inexpiabilis pœna, dum cunctum dei gregē per abrupta mōtium in precipitiū iſta tua licentia dediſti, quē iā reuocare & ad verā viam reducere in tua manu eſt minime, etſi ter palinodiam recantares. At forte ϖράγματ' ἐξ ἀϖραξίας quereris (vt interdum præter opinionē euenire ſolet) hoc certe nō indicant tua ſcripta, quibꝰ populo deformādo totus inſudas: quę niſi prudēs efficere nequaquā potuiſſes. Sed eſto ipſis initijs incauta præriperent vani vulgi iudicia nūq̄ nō ad noua quæq; ęſtuantis, nū nō pōſt reſilire licuit, & nō inter medias ſyrteis tumentis maris expectate fluctus? qui te in altitudinē maris traxerūt, vbi tempeſtas demerſit te, ne putes tibi paratum à domino piſcem qui te ventre emittendū recipiat, ſed os inferni qui te deglutiat, & rōphęā bis acutā quæ te diſcindat. O caput ſerpētis crucis Chriſti inimicū, & quis hanc tibi in tantum Chriſti pecus indidit audaciam? vt ab eccleſiæ apricis extractum, errabūdū per deuiā carnis libertatē luporū morſibus impauidus exponeres, inter nudos enſes inermes cōſtitueres Chriſti tyrūculos? Quis autē hanc fidei ab opibꝰ & operū à fide ſectionē primꝰ ſuaſerit neſcio, hoc tamen ſcio, peſſimū illū fuiſſe geniū: & vtinā tu eū, quēadmodū ipſe te, tētatus ſupaſſes tantorū malorū futurus ignarus. & quid iā populꝰ iſte tuus tēporibus illis quibus audiēdo ſacra occupabatur olim miſſarū ſolēnibꝰ inſiſtendo, veſpertinas preces atq; cōpletorias audiēdo, dū virginis deiparę ſalutatio frequētabatur, dū natalis Chriſti nocte ſacrificijs triplicatis naſcentis dei beneficia Chriſtianꝰ populꝰ excolebat,

modo quib⁹ excercitijs bonas illas quōdā horas im
pendatis noſtis ipſi,& vidimus nos quotquot nuper
apud vos diuerſati fuim⁹.diſpice igit̃ vtiliúſne tunc
populus illis vacabat excercitijs,q̃ tua hac auſus licē
tia varijs nunc deliret inſolentijs . Nū nō ſatius tibi
fuiſſet vt cōmunem eccleſiæ nauim ingreſſus tanto
ſanctorū iuxta ac eruditorū agmini adiūctus tot mil
lib⁹ annis cōſona mente ꝓgreſſo, tot ſacræ paginæ
authoribus ſtipato humili ſpiritu nauigares, q̃ ſolus
mente ſupba cōtra torrentem niſus ventis aduerſis
vela dare pręſumeres?nū ſolus vis cū Chryſippo ſa
pere?ſintq́ꝫ reliqui ōnes vmbrę,λῆρος καὶ φλυαρία,
vis omiſſis illis,quorū vitę puritas,morū ſinceritas,
pręclara auditio admirādę cūctis virtutis & doctri-
næ reliquerūt exēpla,tuis adhęreamus figmētis?qui-
bus de carnis libertate argutiſſime diſputas,quę te
terrena dūtaxat ſapere liquidò ōnib⁹ oſtēdūt. Abſit
tantus error, ſiquidem tota de moribus philoſophia
clamat,nemo de virtutibus recte iudicat, niſi virtuti
ſit ipſe adfectus: qualis vnuſquiſq́ꝫ(inquit)eſt, talis 3. Ethi.
ei finis videtur.qui enim ventris felicitati ſtudet, vt
voluptatē omnibus anteponat rebus neceſſariū eſt, Matth. 7.
Si arbor mala,fructus bonos facere nequaq̃ poteſt.

¶Admonitio.

TV autē homo dei hæc fuge, ſectare verò iu-
ſtitiā,pietatē,fidē,charitatē,patientiā,māſue 1 Timo. 6.
tudinem & c.Ne cor tuum defectio pręoccu-

fontes ſine aqua,& nebulę turbinib⁹ exagitatæ: qui
bus caligo tenebrarũ reſeruatur. Superba enim va-
nitatis loquentes,pelliciũt in deſyderijs carnis luxu-
riæ eos qui paululũ effugiũt qui in errore cõuerſã-
tur,libertatem illis promittẽtes,cũ ipſi ſerui ſint cor
1.Timo.3. ruptionis.hęc ille.Itaq; permane in his quæ didiciſti,
& ab eccleſia hauſiſti catholica: quæ columna eſt &
firmamẽtũ veritatis, eiúſque probatis authoritate
doctoribus noli iudiciũ tuũ deferre, ſi non vis ſup-
bia elatus teipſũ ſeducere, & alios ĩ errorẽ mittere.
Primus enim gradus (à quo iſti elabi cœperunt)cõ-
temptus fuit doctorum: quaſi verò eccleſianõ ſuffi-
cienti iudicio eos examinaſſet quos in ſui corporis
cuſtodiã ſatellites conſtituiſſet.Noli igitur altum ſa-
pere, ſed time. quam regulam quicũq; ſecut⁹ fueris,
Pax ſuper te & miſericordia ab eo qui deducet te per
ſemitas ęquitatis,vt videas bona Ieruſalẽ omnibus
diebus vitæ tuæ, cũ vero deo Chriſto Ieſu, qui viuit
& regnat in ſecula ſeculorum. AMEN.

Vobis datum eſt non ſolum vt in eum credatis,
ſed vt etiam pro illo patiamini. Philipp.1.

Nouit dominus qui ſunt ſui, & diſcedat ab iniquitate
omnis qui inuocat nomen domini.2.Timo.2.